Hiſtoria haec eſt: *Magdalena Franciſca D' Auril*, nouem et viginti annos nata, quatuor pedes et quatuor pollices quoad ſtaturam aequans, rachitica in infantili aetate, et corpore male conformata ac valetudinaria, a nona hora d. 20. Ian. matutina dolores ad partum ſenſerat, vſque dum Cl. VERDIER hora ſexta pomeridiana d. 22. Ian. accerſeretur. Omnibus remediis in hoc caſu incaſſum adhibitis tantum ſectio Caeſarea et ſynchondrotomia ſupererant. Aegra ipſa eiuſque vniuerſa domus ſynchondrotomiam eligebant, quam ſtatim omni fide atque dexteritate Cl. A. perficere ſtuduit. Inciſione enim integumentorum vſque ad cartilaginem facta, in ſummitate oſſis pubis ſectionem duos pollices et dimidium longam fecit. Finita ſtatim ſectione infans abſque vllo alio praeſidio ſenſim ſenſimque protrudebatur, prouti dolores partus fortiores erant, et partus feliciter abſolutus eſt, manum tantummodo admouente quadam foemina caput infantis apprehendente. Infans vita praeditus tantummodo capite oblongiori pyramidali, qualem formam ſaccharum habet, et contuſo inſtructus erat. Duobus menſibus praeterlapſis, denuo vnita et coalita ſunt oſſa pubis. Cl. A. dein iuſſit vt illa femella incederet, et ſenſim ſenſimque viribus recuperatis die 27 Martii ad labores ſuos conſuetos rediit. Mulier autem rite ſeruans quae ipſi praeſcripta erant multum ad citam illam contulit curam. Addidit autem ad calcem huius hiſtoriae, qua ratione in hoc admirando caſu verſatus ſit, atque declarat nihil periculi in eiuſmodi operationibus eſſe pertimeſcendum. Ipſa facultas medica Pariſina, cui haec hiſtoria tranſmiſſa eſt, proba-

uit

illam et admodum laudauit Noſtrum, et nos quoque in eo lubentius noſtrum quoque addimus calculum, ex hoc ſcripto et argumentis intelligentes hanc operationem penes feminas malae conformationis maximopere fore proficuam.

III.

Elenchi Fungorum continuatio prima deſcribens CXXV. ſpecies et varietates totidem icónibus LIX-CLXXXIII. repraeſentatas auctore AUG. IOH. GE. CAR. BATSCH, Halae Magdeburgicae apud Ioh. Iac. Gebauer 1786. quaternis, 280 pagg.

Iam de elencho fungorum anno huius ſeculi tertio et octogeſimo alibi *), verba fecimus et pro modulo noſtro ingenue de eo iudicauimus; nunc vero etiam primam continuationem huius elenchi indicabimus, vt appareat quanta incrementa per illud tempus ceperit ſtudium Cl. Auctoris, et quanta diligentia ſit verſatus in diſquirendis et deſcribendis iiſdem; et quomodo curauerit quantum fieri poſſet doctrinam de fungis clariorem reddere atque perfectiorem, quo promereretur aſſenſum doctorum virorum, quo vtique dignum eum cenſemus.

Praemiſſa autem praefatione, qua de via et ratione in hac continuatione exaranda egit, aeque ac de ſtudiis ſuis in hac doctrina perficiendis; fungos ipſos, quos curioſius inſpexerat, aut primum delineatos aut deſcripſit paulo accuratius. Primum vero locum occupant *Agarici validi*, laminis bifurcatis, vel ramoſis, denſe aggregatis; quorſum pertinent. LIX. *Agaricus piperatus*, totus albens, opacus, pileo foueato; laminis anguſtis, bifurcato-ramoſis, parallelis p. 14. p. 33.

*) Vide Comm. noſtr. Vol. XXVI. Pars II. p. 268 ſqq.

p. 38. lis denſiſſimis. LX. *A. ichoratus.* Pileo foueato, ochraceo-fuluello, plus minus croceo fuluo; lamellis ochraceis, ad marginem pilei ſaepe bifidis,
p. 39. ſtipite concolore ſubelongato. LXI. *A. inuolutus.* pileo ſpadiceo fuſco, glabro, margine valde inuoluto tomentoſo; laminis anguſtis, craſſiuſculis, denſis et ramoſis, cum ſtipite breui flauo-pallentibus.
p. 43. lam a SCHAEFFERO depictus eſt. LXII. *Agaricus libertatis.* Pileo obſcuro fuſceſcente, vmbonato, paruo; ſtipite elongato, cano, bulboſo, ſolido; laminis anguſtis, craſſis, paucioribus, denſis, nonnullis
p. 47. bipartitis, ei concoloribus. LXIII. *A. pileatus.* Pileo ferrugineo, vmbonato, paruo, ſtipite elongato, flauente-albo, bulboſo, intus cauo, laminis anguſtis, craſſis, paucioribus, denſis, nonnullis bipartitis et concoloribus.

Agarici validi, laminis integrioribus, longitudine alternantibus, pileo rigido, ſtipite incraſſato. Huc
p. 49. pertinent LXIV. A. *niuoſus.* Niueus, margine pilei ſtipiteque furfuraceo-pruinato, pileo paruo conuexo; ſtipite craſſo, elongato, ſolido; laminis anguſtis, denſis, craſſis, longitudine diuerſis. LXV. A. *nimbatus.* Pileo glabro, obſcuro-griſeo, margine niueo; ſtipite niueo-furfuraceo; laminis latis
p. 51. concoloribus. LXVI. A. *puſillus.* Pileo glabro, griſeo-fuſco, margine albo; ſtipite griſeo, ſubfurfuraceo; ſubſtantia pilei obſcure albida, ſtipitis atra.

Agarici validi, laminis fere omnibus aequalibus,
p. 53. ſubſtantia medullosi. Huc ſpectat LXVII. A. *liuescens.* Pileo cinereo-liuido, rorido, foueato; ſtipite elongato, ſubfibroſo, laminiſque, plerumque integerrimis, contiguis, ſubconcoloribus. Pertinet ad ſubdiuiſionem validorum laminis raro alternantibus, ſed potius longitudine aequalibus, ad *integrum* LINNAEI et iuxta *ſanguineum* auctoris *).

Agari

*) Elench. n. 4. p. 39.

Agarici validi, pileo ſubrorido foueato lacteſcentes. LXVIII. A. *delicioſi varietas vel affinis ſpecies.* Pileo fuſco-cinereo, ſubrorido, obſolete faſciato; ſtipite albente, opaco; laminis trium ordinum laciniculis, pallentibus, ochraceo-carneis. LXIX. A. *cimicarius.* Ferrugineo fuluus, pileo alte foueato, margine inaequaliter puluinato, ſtipite ſubelongato, cauo lamelliſque alternantibus, per rugulas crebro connexis, ſubconcoloribus. Similis eſt ichorato. p. 57.

Agarici validi, laminis vndulato connexis. LXX. A. *glutinoſus, varietas α.* Albus, leniter in ochraceum vergens, pileo glutine copioſiſſime viſcoſo, ſtipite ſolido, ſub pileo diſtincte albentiore, laminis binis alternantibus, ſub pileo vndatis, et ibi ſaepe connexis. Quoad plurima affinis ſequenti. LXXI. *Varietas β. praecedentis.* Pileus ochraceus albus, ſtipes ſolidus, ſubſtantia albentiore, laminae pileo concolores. p. 61.

LXXII. A. *riſigallinus.* Pileo rigido, tenui, ochraceo-luteſcente, ſtipite albido; lamellis latiuſculis, integris, luteſcente carneis, per rugulas creberas flexuoſas ſub pileo connexis. Forte agarico luteſcenti adiungendus. p. 67.

Agarici validi, ſtipite ſuperficie fibroſo, baſi bulboſo, annulo tenero veſiculari, vel fibroſo. LXXIII. A. *defoſſus.* Pileo ochraceo-ſaturato, ſtipite validiore, albo lilacino, ſericeo-fibroſo, baſi bulboſa, bulbo terrae ſemiimmerſo, laminis ferrugineis fuluellis. p. 69.

LXXIV. A. *purpuraſcens.* Pileo cinereo-fuſcente, nitido, ſtipite ſericeo-fibroſo, lilacino, deorſum bulboſo, bulbo ſemiimmerſo; laminis furfureque a velo ſuperſtite ferrugineis. Colore et ſuperficie pilei admodum accedit A. *inuoluto.* p. 71.

LXXV. *A. ſubannulatus.* Pileo pallide ſpadiceo, glabro; ſtipite breui bulboſo, flauente, ſupra annulum ſpurium albo, laminis albentibus. p. 75.

p. 77. *Agarici puluinati.* LXXVI. *A. atricapillus.* Pileo cinereo fuſco, fibrillis agglabratis decurrentibus nigro-ſpadiceis quaſi capillato; ſtipite cinereo-cano venoſo; laminis latis carneis, quadruplice ordine digeſtis.

Agarici fugaces, et quidem laminis rarioribus

p. 79. in lineolas nigras demum contabeſcentibus. LXXVII. *A. narcoticus.* Pileo conuexo-cinereo plicis denſis bifidis diſtinctis plicato, vertice integro; ſtipite ſubbulato, laminis rarioribus, integris et dimidiatis alter-

p. 81. nis. Odorem ſpargit narcoticum. LXXVIII. *A. papillatus.* Pileo griſeo-furfuroſo, campanulato lacero, margine ſtriato, vertice papillagero; ſtipite lineari; laminis integris craſſioribus, et reliquis vix breuioribus teneris, vtriſque alternis.

p. 85. *Agarici voluati* α LXXIX. *A. fungites var.* γ Griſeo-albus; pilei glabro-plano, margine tenente plicalato-ſtriato, et obſolete crenulato, plicis acutis carinatis, carina fuliginato-pruinata; laminis ſubtus rectilineis, pleriſque integris breuioribus, paucis poſtice totis truncatis.

p. 87. *Agarici clypeati* α. LXXX. *A. griſeus*, pileo conico-explanato, vmbonato, opaco, plicato, plicis latis obtuſis; ſtipite elongato, baſi affixa fibrilloſo. Affinis proxime *pilſo* *).

Agarici clypeati, teneri, laminis pauciſſimis anguſtatis, diſtantibus inſtructi. Affines ſpeciebus

p. 89, n. 75. et 87. Elenchi. LXXXI. *A. clauularis.* Tener, ſubcaeſius, pileo vmbilicato, obſolete plicato, laminis paucis; ſtipite gracili; baſi diſtincte bulboſa, bulbo confluente, dilatato. Sequenti valde

p. 91. affinis eſt, etiam tenellus, caducus. LXXXII. *Mucor.* Minutiſſimus, griſeus: pileo conuexo; laminis paucis, ſtipite tenero, baſi bulbo annulari inſerto. Differt forma et proportione. LXXXIII. *A. ſacchari-*

p. 93.

*) Elenchi n. 71. p. 67.

to. Pileo conico-explanato laxe plicato-vndulato, neo; laminis paucis concoloribus; ſtipite ſubu-to, albo-rubente. LXXXIV. *A ſquamula.* Pileo p. 95.
nquexo-plano, albente, ſubtus aliquot rugis obſo-tis radiantibus donato; ſtipite tenerrimo, ſubulato-taceo.

Agarici clypeati tenelli pileo plerumque ouato, el oblongo, ſtriato, laminis latiuſculis, et in pleriſ-que colore a pileo diuerſis. Medii quaſi inter ordi-em clypeatorum α. et β. LXXXV. *A. cynophallus.* p. 97.
Pileo nigro fuſceſcente, ſtriato, oblongo, margine conſtricto albidiore; ſtipite fibroſo, torto flexuoſo triato concolore verſus pileum lilacino baſi ſetulis opioſis porrectis hirſuto albentiore. LXXXVI. p. 99.
A glandiferus. Pileo nigro-fuſco, ſtriato, oblongo, margine conſtricto, albo et marginato; ſtipite tene-o lineari, nigro fuſco; lamellis albis, elongatis. Priori admodum ſimilis. LXXXVII. *A. atrocyaneus.* p. 101.
Niger, cyaneo-pruinatus, pileo cucullato, denſe triato-ſulcato, margine extremo albentiore; ſtipite longato, lineari, ſtriato-ſulcato, lamellis albentio-ibus. LXXXVIII. *A. tenellus.* Pileo pallide ful-p. 103.
gineo, margine pliculis teneris ſtriato; ſtipite con-olore filiformi; laminis albentibus, longitudine ſubaequalibus, latitudine alternis.

Agarici clypeati β. LXXXIX. *A. ſubatratus.* Pileo ochraceo-caneſcente, opaco, vmbonato, denſe et ſubtermatim plicato-ſtriato; ſtipite elongato, vali-diuſculo, concolore, lamellis brunneo-atris. XC. p. 107.
A. luridus. Pileo ochraceo-cineraſcente liuido, glabro; ſtipite tenero lineari, albo, baſi clauato; laminis brunneis. XCI. *A. Carbonarii varietas* δ. Pileo pallido ochraceo-carneo, rugoſo venuloſo, glabro; ſtipite carneo fuluello. XCII. *A. ferrugi-*p. 109.
neus. Pileo minuto, conico, ferrugineo; ſtipite elongato, torto, ſub-ſubulato, deorſum ſenſim craſ-

ſeſcente, pallidiſſime fuſceſcente; laminis conco-
ribus. Accedit *A. trocato* *) ſed differt loco, p
portione et torſione ſtipitis.

Agarici clypeati γ. et quidem tenelli, pleriq
laminis maioribus, ſtipiti affixis. XCIII. *A. A*
nitae. Pileo ochraceo-carneo, glabro, ſubniten
plano-conuexo, vmbonato, ſtipite lineari, conc
lore, deorſum fuluente; lamellis elongatis, albe
p. 113. tibus, interſperſis paulo anguſtioribus. XCIV.
Caeſius. Griſeo-caeſius, ſemidiaphanus, pileo l
conico, ſtipite lineari, elongato, validiuſculo, b
lanoſo-villoſa, lamellis lanceolatis, duplici, triplici
p. 115. ordine digeſtis, pileo propriis. XCV. *A. pall*
Pileo ochraceo-albo pallidiſſimo; ſtipite linea
pallidiſſime roſeo, fibroſo, torto, ſuperne paulul
dilatato; lamellis elongatis, pallidis, ſtipiti affi
pileo parallelis. Affinis videtur et ordinem ſingu
p. 117. rem conſtituere cum antea deſcripto. XCVI.
Hypni. Pallide ochraceus; pileo margine late p
cato, vmbonato, ſtipite inſiſtente; ſtipite linea
gracili, intus capillariter cauo; laminis triplici o
dine digeſtis, intimis ſtipiti affixis, omnibus ferr
gineis.

Agarici clypeati γ. et quidem validiores, lamin
maioribus ſtipiti affixis. XCVII. *flauo-floccoſu*
Laete ſulphureus: pileo vmbonato margine lenit
crenato ſtipiteque floccis furfuraceis inſtructo, l
p. 119. minis albentibus. Accedit *niueo brunneo* **). XCVI
A. circumſeptus. Carneus, leuiter in ochraceu
vergens, pileo ante marginem, ſtipitisque medi
ſaepe floccis furfuraceis cincto; laminis ferrugine
XCIX. *A. roſellus.* Pileo ochraceo, ſubcarneo
ſtipite ſolido fibroſo torto; lamellis fuluello roſe
p. 123. maioribus ſtipiti adnatis. C. *A. ſubcarneus.* Ochra
cc

*) Elench. n. 81. p. 70.

**) Elench. n. 97. p. 77.

eo-carneus, ſtipite fibroſo, valido, recto, intus
apillariter cauo; lamellis ſtipiti adnatis. CI. *A.* p. 125.
rraſtens. Pileo fuſco-cinereo, glabrato; ſtipite
concolore, fibrilloſo, intus ſolido, albo, et ſuperne
in pileum expanſo; laminis albo-flauentibus, ordi-
ne quadruplici digeſtis, maioribus ſtipiti affixis. CII. p. 127.
A. obſoleſcens. Pileo ochraceo-carneo; ſtipite ſolido,
concolore, in medium pilei diffuſo, laminis ei affi-
xis obſcuris, liuidioribus. CIII. *A. obſoletus.* Palli- p. 129.
de ochraceus, ſtipite ſolido, concolore, in medium
pilei diffuſo; laminis ei affixis obſcuris, liuidioribus.

Agarici clypeati γ. ſimiliter validiuſculi, at, la-
minis ſolum pileo adnatis, ſtipite cauo. CIV. *A.*
tenuulus. Pallide carneus, pileo medio craſſiuſculo;
ſtipite fibroſo torto, intus cauo; lamellis pileo ſo-
lum adnatis. Accedit *circumſepto* et *roſello*, ſed ab
vtrisque notis euidentibus differt. CV. *Cano-brun-* p. 133.
neus. Pileo carneo-caneſcente; ſtipite concolore,
fibroſo, cauo, pileum ſuſtentante; lamellis brun-
neis pileo affixis.

Agarici clypeati γ. validiuſculi, laminis ſolum
pileo annexis ſtipite ſolido, ad baſin bulboſo. CVI.
A. candidus. Albus, ſericeo-nitens: pileo vmbona-
to; ſtipite validiuſculo, ſolido, baſi bulboſo, pileum
ſuſtentante; lamellis liuidis, pileo propriis, brunne-
ſcentibus. CVII. *A. auriuenius.* Pileo flauente, p. 137.
vmbonato, venis fibroſis obſcurioribus, ab vmbo-
ne decurrentibus ſupertexto; ſtipite concolore, ob-
ſolete fibroſo, baſi bulboſo; lamellis pileo propriis,
ferreo-fuſcis. CVIII. *A. bulbularis.* Pileo conuexo,
recto, hemiſphaerico depreſſo, luteſcente; ſtipite
albo ſericeo, nitente ſolido, bulboſo, pileum ſuſten-
tante; laminis pileo propriis, ſemiorbiculatis, liui-
do fuluellis. Affinis etiam ſtipite bulboſo duobus
praecedentibus, qui facile congregationem diſtin-
ctam inter *clypeatos* validiores conſtituunt.

Agarici ſimiles proxime prioribus, ſed non bul-
p. 139. boſi. CIX. *A. coriaceus.* Pileo depreſſo-conuexo, paullulum farcto, carneo ochraceo, ſtipite ſolido, elongato, torto, pileum ſuſtentante; lamelliſque pileo propriis validioribus.

Agarici clypeati γ. a prioribus diuerſi, elongati laminis denigratis, maioribus ſtipiti annexis. CX.
p. 141. *A. ſemiglobatus.* Pileo ſemigloboſo, glabro, pallide flauente; ſtipite ſubconcolore, opaco, in medio nigro pruinato, gracili, elongato, pileum ſuſtentante; lamellis cinereis, obſcurius maculatis, dilatatis
p. 143. maioribus ſtipiti annexis. CXI. *A. diffuſus.* Pileo campanulato, vel dilatato, liuido-carneo; ſtipite niueo elongato, capillariter cauo, pileum ſuſtentante; lamellis elongatis violaceo-fuluis, quadruplici ordine digeſtis, maioribus ſtipiti annexis. Affinis praecedenti, ſed praecipue proportione laminarum ab eo differt.

p. 145. *Agarici vnctuoſi* pileo integro. CXII. *A. Sphinx.* Pileo pallido, medio luteſcente-ferrugineo; ſtipite opaco nigro-fuſco, ſtriato, torto, cauo; lamellis albidis. Superficies ſtipitis ſimilis aliquo modo illi in A. atro-tomentoſo *).

p. 147. *Agarici vnctuoſi* pileo maculato et ſquamoſo. CXIII. *A. adipoſus.* Pileo ſulphureo vnctuoſo, toto glabrato, flammis ferrugineis diſtantibus imbricato; ſtipite valido lamelliſque ferrugineo-fuſceſcentibus. Obiter hic errorem commiſſum in Elencho emendat, ibi enim iconem 31. habuerat pro pulla *A. ſquarroſi* a quo tamen colore, craſſitie et ſuperficie pilei valde abhorret, et potius ad ſpeciem hic depictam pertinere videtur. *Agaricus ſquarroſus* enim vere ſquarroſus eſt, ſemper fuſco-ferrugineus, et ſiccus totus.

Agari-

*) Elench. n. 129. p. 89.

Agarici vnctuoſis affines, ſicciores, maculis ſe-
riceis flammati vel ſquamati. CXIV. *A. imbricatus.* p. 149.
Pileo pallide ſulphureo, ſericeo-vnctuoſo, faſcicu-
lis ſericeis flammiformibus ferrugineis, ſenſim ver-
ſus verticem cum ipſo pileo brunneſcentibus, ob-
ducto; ſtipite elongato, valido, ſubbulboſo, ſupra
volvam brunneam membranaceam integro pallide
flauente, infra eam ferrugineo, ſtriato, floccoſo; la-
mellis flauo oliuaſcentibus. CXV. *A. auriuellus.* p. 153.
Siccus; pileo luteo-ferrugineo, lana molliſſima in
flammulas denſe imbricatas digeſta obducto, ſtipite
pallide ſulphureo; annulo membranaceo ferrugi-
neo; laminis pallidis, ferrugineo-fuſcis. Laruis
valde infeſtatur fungus. CXVI. *A. impuber.* Sic- p. 155.
cus; pileo lanato, carneo-ſuluo, ſquamis lanatis
mollibus obſeſſo, margine repando; ſtipite pallidio-
re, cauo; lamellis ſubcarneis. Odor fungi dulcis
ſingularis. Videtur ſine ducio impuber hic eſſe de-
pictus in opere SCHAEFFERI *) t. 62, vbi margo
pilei diſtingui poteſt. Sed huius minus bulboſi
ſunt, quod tamen ſimilitudini non contrarium.
CXVII. *A. ſquamuloſus.* Siccus; pileo obſcure lu- p. 157.
teo, ſquamulis villoſis tenerrimis brunneis denſiſſi-
me obtecto; ſtipite luteo-pallente, ſericeo-fibroſo,
fibris brunneis rarioribus ſupertexto, laminis lute-
ſcente-ferrugineis. Videtur eſſe *A. ſubcorneus* **)
SCHAEFF. t. 4. habitu ſuadente. Laminae ſolum
differunt, ſed nec icon nec deſcriptio plura certi-
tudini addunt.

Agarici obliqui. CXVIII. *A. Neptuneus.* Ochra- p. 161.
ceo-carneus, glaber; pileo confluente cum ſtipite
ſubelongato; laminis diſtantibus, anguſtis, ſaepe
bifidis. CXIX. *A. alutaceus.* Pallide carneus, gla- p. 163.
ber; ſtipite erga pileum breui et anguſto; laminis

*) Elench. n. 120. p. 85.
**) Elench. n. 115. p. 83.

latiuſculis. Forſan ab *A. floccoſo* *) et *ſubmaculato* **) differt vt *A. campeſtris* glaber ***) differt ab *A. pellito* ****).

p. 187. *Agarici venoſi.* CXX. *A. luteolus.* Stipitatus, luteus, pileo latiuſculo, tenui, rugis denſis laminiformibus, anguſtis, parallele-ramoſis, rarius et vage coalitis ſubtus inſtructus. Pileo tenui, venis, et ſuperficie differt a pſeudo-vnctuoſo *****). CXXI. *A. triſtis.* Fuſco-ater, dimidiatus, pliculatus; ſuperne ſubuilloſus; inferne pone papuloſus, verſus marginem denſe et obſoletius venoſus, venis in margine fimbriato-terminatis.

p. 167. *Agarici dimidiati.* CXXII. *A. depluens.* Pileo dimidiato cano ſericeo; laminis ſubcarneis, fuſcorubellis, latis, laxis, quadruplici ordine digeſtis.

p. 169. CXXIII. *A. glaucus.* Griſeus, ſubſtipitatus: pileo ſericeo; ſtipite albentiore, pruinato, breui, laterali; lamellis rarioribus, craſſiuſculis, longitudine alternantibus. Propter ſtipitem ſuberectum forte po-

p. 171. tius ad obliquos referendus eſt. CXXIV. *A. Flurſtedtienſis.* Subſtipitatus, ochraceo-pallens: ſtipite breui, marginali, poſtrorſo, margineque adiacente,

p. 173. lato tomentoſo pede adnatis. CXXV. *A. applicatus.* Dimidiatus, vel potius acaulis, orbicularis, ſaturate cinereus, nigreſcens horizontalis, poſtica dorſi parte verticaliter adnatus, laminis ab omni margine verſus centrum impreſſo-adnatum tendentibus. CXXV. *A. multifidus.* Dimidiatus, ſupra caneſcente-albus et tomentoſo-hirtus; laminis glaucis ſubfluellis, tranſuerſe piloſis, flabelliformiter diuiſis, fungum

*) Elench. n. 125.

**) n. 126. p. 187.

***) GLEDITSCH meth. fung. p. 116. ſp. XXI. a. b. c. Flor. Dan. t. 714.

****) Elench. n. 41. p. 55.

*****) Elench. n. 137. p. 93.

gum totum conſtituentibus, tomento dicto conue-
nis maceratione ſecedentibus, e centro ſolum ex-
euntibus. Singularis hic fungus plane ab omnibus
reliquis diuerſus, et a nemine vt cenſet A. Cl. pro
dignitate deſcriptus, et ſolum a VAILLANT *) ha-
bitu bene expreſſus. Arbitratur quoque, plures
exiſtere forſan ſpecies ordinis noui agaricorum, eo-
rum nempe, qui more huius ſoli conſtituuntur ra-
mis lamelligeris, in pileum appoſitis.

Boleti areolati. CXXVII. *B. coriaceus.* Lateralis, p. 177.
membranaceus, ſuberoſo-lignoſus, ſuperne glaber,
ochraceo-fuſcus, ſubfaſciatus, pone nigro-fuluus,
et aſperatus; inferne tubis breuibus, denſis, ſubor-
biculatis, ſuperficiei plantae impreſſis, caneſcentibus.

Boleti ſuilli. CXXVIII. *B. ferruginatus.* Pileo p. 179.
ochraceo-fuſco, ſarto, carnoſo; ſtipite ſubferrugi-
neo; poris ferrugineo-brunneis. Duplicis ſunt
generis regulares videlicet ac irregulares.

Boleti milleporei. CXXIX. *B. perennis* **). Pileo gla- p. 181.
bro, ferrugineo, obſolete lineis obſcurioribus radianti.
lus obducto, ſupra ſtipitem foueato, et ibi obſcurior,
margine laciniis breuibus, obtuſis lacero crenato,
et fuluentiore. Poris teneris, ſtipite breui, validiuſ-
culo, in pileum dilatatum et ſaepe membranaceum
ue tenuem, ſolum in medio ipſo diffuſo, ſpadiceo
cineraſcente, iuxta baſin atro-fuligmato.

Boleti reteporei. CXXX. *B. Lipſienſis.* Pileo in- p. 183.
craſſato, ſuberoſo, dorſo incrementis conuexis, et
tuberculis gradato, glabro, margine decliui, faſciato.
Eſt illi varietas *B. nitens*: Species ab A. deſcripta
tenacior eſt quam *B. igniario* duro, quam *B. officinali*
friabili. Margine etiam differt.

Eluelae agaricinae, ſeu dimidiatae, laterales. p. 187.
CXXXI. *E. dimidiata*, ochraceo-pallens: ſuperne

*) in Bot. Pariſ. Tom. X. f. 7.
**) Elench. n. 13. p. 103.

tomentoſa, lineis ſpadiceis impreſſis faſciata, margine extimo ſupra infraque roſeo lilacino. Noſter genus Eluelae, quamuis ab anteceſſoribus nimis heterogeneis ſpeciebus oneratum, et, mucoris ad modum, formarum dubiarum vniuerſale repertorium factum ſit, tamen aſſeruandum putat pro fungis horizontalibus, ſubtus contiguis, laeuigatis et aporis. Eos in *Elencho* *) ſubminiſtrauit Boletis, et verum eſt, occurrere reteporeos nonnullos, praecipue initio poris deſtitutos; hoc vero a ſtatu imperfecto ortum. *Eluelas* non maiore iure ſubiicit Boletis quam ſecundum GLEDITSCHII mentem Hydna boletis; quum inueniantur interdum boleti, tubulis inſtar Hydni laceris. Vice verſa enim ex Eluelis et Hydnis vere talibus nunquam oriuntur Boleti.

p. 189. *Eluelae boletiformes*, ſeu ſtipitatae, pileo orbiculari farto CXXXI. *E. cucullata.* Ferrugineo-flauens;
p. 191. ſtipite gracili, pileo ſemi-ouali. Cito contabeſcit, ſed rigidus perennat. CXXXII. *E. ſepulcralis.* Stipite lineari valido, et pileo orbiculato, conuexo, ſpadiceo-atro, ſemine ſub pileo oliuaſcente.

Eluelae clauiformes, ſeu ſtipitatae, pileo membra-
p. 193. naceo. CXXXIV. *E. vnctuoſa.* Sulphurea; margine pilei calloſo tumente; pileo ſuperne vnctuoſo; in-
p. 195. ferne glabro. CXXXV. *E. calyciformis.* Pileo ochraceo, glabro, ſubtus, vna cum ſtipite, carneo-furfuroſa. Conſtituere videtur cum praecedente gregem Eluelarum ſeparatum, forma claui vel pezizae; iam inter MICHELII fungoidaſtra militantem. Hae vtraque affines *Boleto membranae* **).

Hydna ſtipitata. CXXXVI. *H. carnoſum.* Pileus flauo-lateritius, ſuperficie opaca, teneriter ſcabriuſcula, puluinatus, orbicularis, vel dimidiatus, rigidus, craſſus. Aciculae numeroſiſſimae, ſubulares, bre-
ues,

*) n. 16–19. p. 105. 107.
**) Elench. n. 16. p. 105.

ues, colore ſtipitis, ſenſim prope hunc deliteſcentes in prominentias ſubuilloſas. Stipes validus, ſaepe compreſſiuſculus, opacus, delicatule quaſi pruinatus vel tomentoſus, albus, pallidiſſime in colorem carneum vergens. Forma in hac ſpecie inconſtantior, quam color et ſuperficies.

Peziзae ceraceae, ſeſſiles, appreſſo planatae. CXXXVII. *P. cinerea.* Seſſilis; cinerea, reflexa, margine criſpo, ſinuato-lobato. Quoad aetatem variat. Subſtantia, ſcrobiculo et margine criſpato differt a *griſea* Elenchi, et forſan eius varietas eſt. CXXXVIII. *P. hepatica.* Atropurpurea, ſeſſilis, re- p. 199.
flexa, diſco ſaepius ſcrobiculo notata. CXXXIX. *P. annularis.* Seſſilis; orbicularis, alba, diſco conuexo, p. 201.
ſubumbonato, tumente, margine tumido, craſſiuſculo, annulari. CXL. *P. pineti.* Seſſilis; caneſcente alba, reflexa, margine ochraceo fuſceſcente, ſubtumido.

Peziзae deformes coriaceae. CXLI. *P. antiquata**). Subſtantia membranacea, ſicca, ſubcoriacea, et fragilis, rigida.

Peziзae ceraſeae, inuerſe conicae fartae. CXLII. p. 205.
P. ſigillatoria, Subſtipitata, inuerſe conica, farta, ſtipite confluente, ſuperne parum tantum excauata, patens, alba. CXLIII. *P. minutiſſima.* Stipitata, conuexo-depreſſa, patens, ſtipite breui diſtincto, alba, minutiſſima. CXLIV. *P. miniata.* Stipitata, p. 207.
conuexo-depreſſa, farta, leniter excauata, ſtipite breui, ſubconfluente; miniata. Tota eſt cartilaginea, ſiue cornea, ſuperficie delicata, opaca.

Peziзae pileatae, diſco diſtincto planato. CXLV. p. 209.
P. dubia. Stipitata farta, ſuperne plana, inferne conuexa, ſtipite diſtincto, deorſum craſſeſcente, albens. Dubiae haec P. dubium quoque fecit Noſtrum, an vere Peziza ſit, vel Eluela.

Pezi-

*) Elench. n. 9. p. 119.

p. 211. *Pezizae* acetabulo cauo, petiolo breui cum medio acetabuli confluente. CXLVI. *P. ſulphurea* *). Stipes cum medio pilei confluit. Superficies abſque nitore, et quaſi medulloſa. Subſtantia fere coriacea, ſiccitate rigeſcens apertura coniugata. Color demum euadit ſubcarneus, initio ſulphureus.

p. 211. CXLVII. *P. infundibulum.* Stipitata, ſemiglobata, farta, parum excauata; ſtipite ſurſum incraſſato, cum medio pilei confluente.

Pezizae, ceraceae ſtipite elongato, in diſcum plano puluinatum, et cicatrice notatum diuiſo. CXLVIII. *P. Amenti.* Stipitata, ſtipite breui, ſurſum diffuſo in diſcum ſuperne puluinatum, reflexum et

p. 213. cicatrice notatum; tota alba. CXLIX. *P. hirudo.* Stipitata, ſtipite elongato, ſurſum diffuſo in diſcum ſuperne puluinatum, reflexum, et cicatrice notatum, cinereo-fuſca, margine diſci ferrugineo.

p. 215. *Pezizae*, ſubcoriaceae, graciles, petiolo alto, cum paruo cyatho confluente. CL. *P. carpini.* Stipitata conuexo-plana, vel demum planata, parum caua; ſtipite elongato lineari, validiuſculo, ſordide ochraceo-albens. CLI. *P. tenella.* Stipitata, conuexo-depreſſa, excauata, ſtipite gracili, elongato, ſub cyatho fere in eundem totum incraſſato-diffuſo. Alba.

Pezizae ſeſſiles, planatae, ceraceae, fartae, mar-

p. 217. gine membranaceo lobato etc. CLII. *P. comitialis.* Seſſilis; farta, tota adnata, plana caneſcens; ſuperficie marginali externa fuſca, nigro-venoſa, in marginem erectum, lobato-coronatum, producta.

p. 219. *Pezizae extus villoſae.* CLIII. *P. Ienenſis.* Subſtantia fungi exſiccati rigens, dura, cartilaginea, craſſa, pallidior quam ſuperficies et opacior. Superficies aequalis et aegre diſtinguenda, an rudis ſcabra, vel piloſo hirta. Totus fungus cyathum ſemiglobo-

ſum

*) Elench. n. 18. p. 121.

ſum refert, margine valde inuoluto. Color carneus flauens, more *P. ſulphureae*, initio ſulphureo-flauens.

CLIV. *P. ſcutellatae varietas δ.* Cinerea, appreſſa, margine anguſto, pilis breuibus brunneis villoſo-hirta. p. 221.

Peziſae furfuroſae. CLV. *P. bolaris.* Conuexo-depreſſa, patens; ſtipite breui ſtipitata; interne fulua, opaca, extus ochraceo carnea, deorſum fulua.

CLVI. *P. floccoſa.* Semioualis, vel oblonga, margine paululum inuoluta, tota caua, intus fuſca, extus cana, floccis cinereis diſtantibus conſperſa. p. 223.

CLVII. *P. cochleatae varietas β* **). Superficies interna et externa quam maxime variat. Species hic depicta ſuperficiem habet externam pruinato-furfuraceam, puluere tenui firmiter adhaerente, rimis anaſtomoſantibus *areolatim* diſiuncto. In iunioribus maculae paruae fuſcae ad marginem, in adulto vero apices laciniarum marginis ſubcrenati furfure obſcuriore ſunt obtecti.

CLVIII. *P. cochleatae varietas α.* Color ſuperficiei internae puniceo-miniatus, ſplendidiſſimus abſque nitore, delicatus. Diſcus vix vnquam regularis, demum explanatus margine anguſto, vel imo puluinatus, margine plane recondito. Rarius petiolata, petiolo breui in affixione ſueta centrati. Externe ſaturate ochraceo-carnea, polline albidiore, furfuraceo, in areolas concreto obtegitur. p. 225.

Clauariae molliuſculae apicibus albentioribus.

CLIX. *C. flabellaris.* Stipitata, nigro-violaſcens, ſtipite breui, in ramos digitatos, apicibus albos, aliquantulum expanſos, diuiſo. p. 227.

CLX. *C. hirta.* Simplex, atra et hirta; baſi craſſior et indurata, apice compreſſa, albens, et villis deſtituta. p. 279.

Claua-

*) Elench. n. 22. p. 123.

**) ibid. n. 4 p. 117.

Clauariae gelatinoſae. CLXI. *C. cornea* *). Omnes ſunt vere ſimplices, ſaepe autem ob ſubſtantiam et ſuperficiem mollem gelatinoſam, et viſcoſam in corpus bifurcum, vel ſimplex latius emarginatum, coaleſcentes. Forma elongata, lumbricalis, validiuſcula, teres, apice obtuſe anguſtato. Pleraeque vna vel altera flexura aſcendunt. Superficies ſubaequalis, in ſiccis abſque nitore. Subſtantia fuluo-ſuccinea, pellucido-cornea, in ſiccis dura et fragilis.

Clauariae minutae, nondum qua ordinem, certe
p. 231. determinandae. CLXII. *C. corticalis.* Breuis, valida firma, aliquot ramis breuibus, minutis, rudibus, vage ortis et diſtributis, apice ſubbarbatis. Inter con-
p. 233. generes minutiſſima eſt cum *Puccinia.* CLXIII. *C. brachiata.* Lanceolata, ramis ſimilibus, vage appenſis, interdum ſubdiuiſis, ſub-rectangule ſ. brachiatim digeſtis.

Clauariae typhoideae, capitellum pruinatum in
p. 235. graciliori petiolo gerens. CLXIV. *C. gyrans.* Stipite elongato; capillari, clauula terminali ſubelongata, cylindrica, terminis vtroque oblongata. Clauariis ſe adnectere videntur plura fungorum genera, ſemina externe, ſed in diſtincto capitulo terminali gerentia. Huc non ſolum haec et typhoideae clauariae Cl. TODII, ſed etiam acroſpermum et aſcidium eiuſdem Auctoris, imo fungoidaſtra forſan quaedam fungiformia MICHELLII et aſpergilli capitati, qui nunquam mucori aſſocianda erunt referenda, de quibus autem alias tractabit noſter.

p. 237. *Lycoperda incraſſata.* CLXV. *L. Giganteum.* Glabrum ochraceo-album, deforme, globatum; lana tenera, denſa, flauo-virente. Haec ſpecies fre-
p. 239. quens eſt prope Dreſdam in vineis. CLXVI. *L. arrhizon.* Globatum, cinereum, pruinatum; cicatrice radicali obſoleta; ore anguſtato lobato; lana lana brunnea.

Lyco-

*) Elench. n. 15. p. 139.

Lycoperda pedunculata. CLXVII. *L. pedunculata* *). Capitulum globatum, glabrum, ſuperne leniter depreſſiuſculum, inferne medio cauo impreſſum et circa hanc cauitatem annulo ſ. angulo acutiuſculo cinctum, a quo in nonnullis pendet fimbria fuca, ſcarioſa, deorſum fibroſo-lacera. Stipes validus, linearis, cauus, ſuſtentans capitulum, in eius medio diſtincte inſertus, in baſi proprio leniter margine tumens, et ibi interdum membrana lacera inſtructus; ſuperficie rudi ſulcata, et plus minus, ſed inaequaliter et obſolete ſquamata. Color ochraceo-albens fungi, in ſtipite ſordidus et magis fuſcescens, circa orificium ſpadiceus, margine orificii albo. Subſtantia alba ſicca, in ſtipite fibroſior. p. 241.

Lycoperda voluata. CLXVIII. *L. feneſtrati varietat* β. et γ. ſpecierum varietatem α ſuppeditat SCHAEFFER, quae eſt capitulo globoſo, ore diſtincto fimbriato, laciniis voluae ſuperis anguſtis ſuperne rugulosis. Var. β. **) Capitulum globiforme, inferne truncatum et paulo coarctatum, ſuperne globoſo-conuexum et ipſum in vertice diffractum et lacerum, ſtipes inuerſe conicus, truncatura capituli anguſtior, inſidens puluinari conuexo, ſuperne etiam conſtricto et truncato-planato, quatuor lobis craſſis triangulis, liberis, cincto, et ſub ſingulis abeunte in laciniam ouatam, inflato-gibbam, inferne citius decreſcentem. *Var.* γ. Capitulum fibulare, inuerſe campanulatum, ſuperne puluinatum, puluinari ad latera tumido prominente, ore verticaliter diſtincto, breui, tubulari, late fimbriato, fimbriis lanugineis tenuiſſimis. Stipes inſiſtit campanulae quadrilobae, contiguae, cuius laciniae oblongae, intus canaliculato-cauatae, extus a baſi ſtipitis circiter vſque ad medium, rugis plerumque tranſuerſis, elatis, p. 243.

*) Elench. n. 19. p. 149.

**) Ephem. N. C. Ann. 4. obſ. 90. El. n. 26. p. 151.

elatis, rudibus, aſperis a cute olim quadriloba ap-
preſſa, per ſiccitatem concreta, ortis, obſitae. Co-
lor laciniarum campanulae ſpadiceus, ſuauis, ſur-
ſum paululum palleſcens, rugarum atro-ſpadiceus
ſtipitis ochraceus, in parte campanulata capituli
brunneus, in puluinata magis cano-pruinatus, brun-
neo-ferrugineus in fimbria oris extrema. Pollen
ipſum brunneum. Superficies externa laciniarum
ſuperiorum glabrata, ſtipitis vero et capituli ſcabra
et pruinata.

p. 249. *Lycoperda ſeſſilia*, ſeminali farina groſſiore, ſae-
pe fibris albidis interiectis, inſtructa. CLXIX. *L.
cinereum* *). Cinereo caeſium, globatum, ſcabro-
furfuroſum; ſemine arenaceo, groſſiore, atro, fi-
brillis flexuoſis albis diſſepto. Duplex eſt varietas
maior et minor. Ob farinae conditionem et cu-
tis externae affinis eſt Mucori ſphaerieephalo et Tri-
p. 251. chiae **). CLXX. *L. complanatum.* Cinereo caeſium,
planato-diffuſum, ſemine arenaceo, groſſiore atro,
pilis albis erectis diſſepta.

p. 253. *Lycoperda ſeſſilia*, farina ſeminali fibris copioſis
bombacinis mixta. L. bombacinum ***) CLXXI. L.
veſiculoſum. Gregarium, globulis diſtantibus, veſi-
cularibus, ſemen bombacinum, ferrugineo-ochra-
ceum, continentibus. CLXXII. *L. veſparium.* Grega-
rium cellis denſe connatis, ſcarioſis, membranace-
is, croceo fuluellis, ſemen bombacinum, ſature cro-
ceum continentibus. Varietas duplex α) cellulis
ſeſſilibus, in gregem diffuſum collectis, et magis
pallidis, in ochraceum vergentibus. β) Cellulis
elongatis aliquot collectis in corpus inuerſe coni-
cum, et ideo faui quarundam veſparum inſtar quaſi
pedunculatum. Cellulae ipſae laetius coloratae.
CLXXIII.

*) El. n. 34. p. 155.
**) Fl. Dan. tab. 776. f. 2.
***) El. n. 28. p. 153.

CLXXIII. *L. fauogineum.* Gregarium; globulis den- p. 257.
approximatis veſicularibus, ſemen bombacinum
teum recondentibus. CLXXIV. *L. Lumbricale.* p. 259.
eres, ramoſum et proſerpens; conſtans tunica ve-
ilari pellucida, ſemen luteum bombacinum con-
ente.

Stemonites ſiue fungi teretiuſculi elongati, ere-
, intus farina ſolum referti. CLXXV. *St. ferrugi-* p. 261.
a. Seſſilis, gregaria, vtriculis denſe adnatis, gla-
is, veſicularibus, ſemen fuſco-fuluens coloris
rrei continentibus. Conſtituit nouum genus, nec
coperdis et mucoribus nec clathris ſiccis adnume-
ndum. Generis character eſſe poteſt: fungus
ylindricus, elongatus, intus gerens farinam nullis
llis intermixtam.

Emboli ſiue fungi conſtantes contextu fibroſo,
ticulari ſpongioſo perenni, cute veſtiente caduca,
neque in contextu retento. CLXXVI. *E. pertu-* p. 263.
a. Clathrus pertuſus *), capitulo elongato, cum
pite confluente, diutius clauſo, opaco, obſcuro,
ereo-fuluello; puluere et lana rigidula concolo-
; ſtipite capituli longitudinem ſubaequante, vſ-
ad terminum illud tranſfigente. CLXXVII. *E. cro-* p. 265.
us. Capitulo cylindrico oblongo, cute fugaci,
fecto e lana ſtipata, molli, elaſticata, puluere ful-
croceo referta; inſiſtente calyculi circumſciſſo
minali ſtipitis validiuſculi, vna cum calyculo ful-
crocei nitidiſſimi, et ſtriati.

Mucores ſicci. CLXXVIII. M. *furfuraceus.* Ca- p. 267.
ulo paruo **), globato, leniter in medio cum
pite confluente, duro, glabro fuſco, farina viren-
, ſed rariori conſperſo. Stipes ſenſim deorſum
ſſor, denſiore furfure pſitaccino flauo virente
conſper-

*) Elench. n. 4. p. 143.
**) Elench. n. 4. p. 157.

conſperſus, cum quadam rigiditate flexuoſus, pru
nae furfuraceae virenti inſident fungilli variae m
gnitudinis, cum admixtis punctulis.

Sphaeriae ſiue fungi caui, duriuſculi, et quide
p. 269. Sph. gregatae, diſtinctae, et clauſae. CLXXIX. Sp
acinoſa. Gregaria globata, clauſa, nigro-fuſca, ve
p. 271. rucoſa, et ſparſe piloſa. CLXXX. *Sph. globulari*
Gregaria; globata, clauſa, nigra, nitoris expers, in
durata.

Sphaeriae gregatae, diſtinctae, vertice aperta
CLXXXI. *Sph. bombarda*. Gregaria, oblonga, nigro
fuſca, apice poro tenerrimo ſemen album e
primente.

Sphaeriae e cellis pluribus compoſitae, paſta
ſeminalem forma ſtilorum rigidorum protrudente
p. 273. CLXXXII. *Sph. ſpiculoſa*. Compoſita, atra, nitens
cellis in maſſam dilatatam colliculatam connatis, col
liculo ſingulo ſtilum acutum atrum exſerentibus
p. 277. CLXXXIII. *Sph. tentaculata*. Compoſita, atra, ſca
bra, cellis in verrucam conico-conuexam, ſtilos
tros obtuſos craſſiuſculos exſerentem connatis. Hae
et praecedens ſingularem formant ordinem ſphae
riarum, nempe compoſitas e cellis pluribus coalitis
paſtam ſeminalem ex oſculis verticalibus forma ſti
lorum rigidorum exprimentibus. Accedunt his fun
gi Florae Danicae *) pro lycoperdis declarati, ſem
per ſecundum icones valde ab auctoris fungis di
uerſi.

IV.

Journal de médecine, traduit de l'Anglois, de
dié à Monſieur Amelot de Chaillon, Inten
dant de Bourgogne etc. Ouvrage publié pa
le Docteur SAMVEL FOART SIMMONS, mede
cin

*) Tom. 838 et 839.

cin en chef de l'hópital ſaint Luc de Londres; membre du Collége royal de Médecine et de la ſociété royale de la méme ville; du Collége royal médecine de Nancy, de la ſociété royale de médecine de Paris, et de celle d'Edimbourg, de l'académie royale des ſciences de Montpellier et de la ſociété philoſophique et litteraire de Mancheſter etc. Et en François par G. MASUYER, D. M. de la faculté de Montpellier; du Collége royale de médecine de Dijon, Aſſocie ordinaire de l'Academie des ſciences, arts et belles lettres de la meme Ville, anne 1781. Tome IV. Partie III. à Dijon chez Bidault et ſe trouve à Paris chez Theophile Barrois 1787. 8.

hoc eſt:

Diarium ad medicinam ſpectans, editum a Cl. SAMUELE FOARTO SIMMONS, et ex Anglico idiomate in linguam Francogallicam traductum a Cl. MASUYER.

Tranſlatio huius egregii diarii in linguam Francogallicam, quam cura Cl. MASUYER factam eſſe cognouimus propediem nos ſperare iubet, vniuerſum hoc diarium lingua Francogallica proditurum iri; cuius vtilitatem ac praeſtantiam vt noſtri percipiant atque cognoſcant lectores cupimus, atque idcirco annotamus omnia, quae in hocce faſciculo continentur, qui duabus partibus conſtat, quarum recenſet prior.

1. Opera ALEXANDRI MONRO, D. M. ſocietatis regiae et Prof. medic. et Anatom. in litterarum vniuerſitate Edinburgenſi. p. I.

2. Obſeruationes et experimenta chymica cum aere atque igne inſtituta, per CAROLVM GUIL. SCHEELE, Socium Academiae regiae Holmienſis.

3. Miſcellanea et obſeruationes chirurgicas auctore I. L. SCHMVCKER, chirurgo primario Boruſſici exercitus.

5. Obſeruationes ſuper venena vegetabilia indigena in Britannia Magna, vbi illa tanquam ornamenta plantantur ac coluntur, auctore B. WILMER Chirurgo Londinenſi.

5. Acta Societatis medicae Havnienſis.

6. Elementa et praxim artis obſtetriciae. Liber in quo ex methodo comprehenſa et diſpoſita ſunt in quatuor ſectionibus omnia de generatione, gravidate, arte obſtetricia et reconualeſcentia, et puerperio ex anatomicis obſeruationibus, phyſiologicis principiis, pathologicis animaduerſionibus, et practicis inſtructionibus eo conſilio congeſta ac exposita, vt conſtrui poſſit ſyſtema ampliſſimum et omnibus numeris abſolutum artis obſtetriciae. Auctore Cl. EDUARDO FOSTER med. D. et ſeniore demonſtratore artis obſtetriciae Dublinenſi.

7. Obſeruationes ſuper vim ac virtutem climatis quam exſerit in ſitum locorum et naturam regionum, in populi frequentiam, in alimenta et vitae genus, in inſtinctum naturalem, temperamenta, in mores, ciuilitatem, ingenium, leges, conſuetudines, regiminis formam, et religionem; ſtudio et opera congeſtas Cl. GUIL. FALCONER, M. D. ſocietatis regiae medicae Londinenſis Sodal.

8. Deſcriptionem de triquetro elaſtico, nouiter inuento et artificioſe ſtructo in percuranda hydrocele. Ope ſiquidem huius inſtrumenti operatio omni tempore et loco in hoc morbo poteſt fieri; neque tot tantaeque difficultates ſunt penes illud ſuperandae quam in operationibus cum triquetro vulgari

gni faciendis, in fine operis adiectae ſunt obſeruatio-
nes ſuper maiorem triquetrum, conſtructum ſecun-
dum eadem principia, eum in finem, vt operatio in
abdomine cum eo fieri queat, auctore IOHN AN-
DREE, Chirurgo noſocomii Londinenſis ad S. Mag-
dalenam dicti.

Altera ſectio has continet obſeruationes: P. II.

1. De hydrophthalmia, percurata feliciter ab EDUARDO FORD chirurgo diſpenſ. general. Weſtmo-
naſterienſis.

2. De pertinaci quadam obſtructione alui, auctore IOHN. ELLIOT, D. M.

3. De hydrocephalo interno ope Mercurii ſanato per THOMAM AERY D. M. in White-Haven.

4. De epilepſia feliciter perſanata a THOMA CLARCK, Chirurgo in Market-Harborough.

Ad calcem huius faſciculi deſcriptio librorum medicorum recens editorum exſtat, quae propterea digna eſt, vt legatur, quum inde res litteraria me-
dica incrementa capiat, atque mirifice locupletetur.

V.

Diſſertation ſur la nature des Eaux de la Seine. Avec quelques obſervations relatives aux propriétes phyſiques et économiques de l' eau en général. Par M. PARMENTIER, A Paris chez Buiſſon, 1787. in 8. de 176 pages.

hoc eſt:

Diſſertatio de natura aquae Sequanenſis. Accedunt obſeruationes ſpectantes in vniuerſum ad phyſicas et oeconomicas aquae proprietates, auctore PARMENTIER.

Cl. A. omnem operam, ſtudiumque vniuerſum in eo collocare videtur, vt ſaluti humanae proſpiciat et in vniuerſum ſuis proſit laboribus, quorſum et haec diſſertatio ſpectat. Iam ante duodecim annos haecce diſſertatio diario phyſico fuit inſerta, et ab eo tempore Pariſiis a quibuſdam hominibus ſacra auri fame correptis illud argumentum quoque pertractatum eſt, ita, vt quilibet eadem methodo eodemque cogitandi modo vteretur, quo vſus eſt Noſter; ea de cauſa certior factus eſt Cl. A. de prorſus ſingulari vtilitate ſuae diſſertationis, igitur ſecundis curis illam ſubmiſit atque poliendo limandoque magis perfecit. Fatetur autem ingenue ſeſe quoad principia, quibus argumentum innititur, prorſus nihil mutaſſe, ſed tantummodo quaſdam circumſtantias proſcriptas, aliaſque magis proprias in earumdem loca ſurrogatas eſſe, vnde illa editio, quam laudamus pro noua, reuiſa et correcta eſt reputanda. Si tantummodo haecce diſſertatio naturam aquae cuiuſdam fluuii perquireret, parum ſane inde curioſitas lectorum excitaretur, nam vulgaria tantum et quotidiana forent; ſed ſi cogitamus Sequanam eſſe fluuium alluentem et irrigantem ampliſſimum imperium, quale eſt Francogallia, et naturam aquae ipſius eſſe conuentientiſſimam multorum millium ſanitati, qui immenſum numerum incolarum Pariſinorum conſtituunt atque augent, ſi reputamus eiuſmodi rem omnibus patriae et reipublicae amantibus eſſe cariſſimam debere et animis eorum ſemper altiſſime infixam manſuram, qui felicitati humanae promouendae ſuum operam locant, tunc ſane deſiderio tenemur flagrantiſſimo cognoſcendi; quales hic fluuius penes eos producat effectus, qui eius bibunt aquam, quibus morbis propellendis ſit apta, et illud deſiderium iſtius libri lectio non exple-
p. 169. bit, ſed vere ſuperabit. Vbicunque enim locorum,

vbi

vbi licet huius fluuii aquam haurire, 1. illa admodum
suis, iucunda atque quam maxime salutaris depre-
henditur, ex professione omnium Chymicorum hanc
quam explorantium. 2. Et si omnes ciues rite adhi-
bitis quibusdam cautionibus hac aqua vtuntur; ad-
modum clara ac limpida est, neque vnquam mole-
sta afficit ventriculum, aut sanitati aduersos produ-
cit effectus. 3. Omnes quoque res proiectae in flu- p. 179.
uium, quod vulgo in maioribus solet fieri oppidis,
in quibus per canales impuritates eo deducuntur,
illic tamen protinus immerguntur, disperguntur, de-
struuntur per magnam aquarum copiamet summam
rapiditatem qua propelluntur. Vnde 4. commoda
quae magnis fluminibus sunt propria nulla vlterio-
re egent probatione; et incommoda vera minorum
fluuiorum statim remouentur per strata ibi exstructa,
hinc enim motus aquae intenditur, ipsaque aqua
permiscetur 5. Ad classem dulcium aquarum autem
quod attinet, ibi tres reperiuntur species, quae pra-
uae atque sanitati aduersae sunt si bibuntur, videli-
cet aquae niuales ac glaciales, deinde aquae puteo-
rum calcareae et gypseae, et tandem aquae stag-
nantes ac paludosae, quum interim hae proprietates
non semper eodem modo adesse solent, facile illae
mox per motus celeritatem, rapidum cursum, et
rotationes continuas emendantur. Porro, 6. si aquae p. 171.
qualitas non ita sit comparata vt ad quosdam vsus in ar-
tibus manuariis, in quibus principes effectus ab illa
pendent, non adhiberi queat ex natura sua, tunc ante
vsum calefaciendo est corrigenda, illaque operatio
praeliminaris efficit vt tales differentes aquae in-
ter se assimilentur, atque vsum praestent in vni-
uersum rebus quae per fermentationem altera-
ri debent. 7. Quod sapor paludosus quem aquae
minorum fluuiorum communissime habent, origi-
nem suam non capiat ex materia e vegetabilibus
extracta, et animalibus qui ibi nascuntur, viuunt, mo-

untur et in ſua principia rediguntur in iiſdem, ſed a conditione et natura aeris, qui ibi exhalat, et quod aquae hunc ſaporem non amittant, quam per curſum rapidiorem, appulſum aquae, et actionem ſolis et ignis. 8. Quod ſi cauſae inundationis remoueantur et impediatur omnibus modis ſtagnatio, tunc eae regiones fieri hac ratione ad habitandum ſalubriores poſſunt, morbi non adeo ſunt frequentes, multo minus diuturni, ſenes vtriuſque ſexus copioſiores et minus decrepiti. 9. Quod ſi aqua non poſſit vaſa plantarum intrare, quia principiis gaudet, quae eas mutent; tunc ad praeſidia ope chimiae detecta, et vegetationi inſeruientia confugimus, quibus cognoſcimus terram, ſtercorationem ſalia eſſe illa inſtrumenta adaptata ad praeparandam, elaborandam, atque in ſua principia reſoluendam talem aquam atque ipſi hanc formam conciliandam, qua ſimul ad talem naturae
p. 173. operam ſuum conferre poſſit. 10. Quod aqua ſequana, vt breuiter me expediam hauſta in diſtantia quadam a littoribus, vbi deriuatur in fontes publicos, ad ſiphones incendiarios aut machinas hydraulicas conſtitutas ad fluuium, habeat notam bonitatis, ſalubritatisque prouti eas regnum et genus humanum deſiderare poteſt, et omnes aquae vbique ad eundem modo comparatae eſſe deberent. Hanc vtilitatem praeſtare poteſt haec commentatio omnibus et ſingulis ciuibus. Recte igitur iudicat Cl. PARMENTIER: naturam Pariſinos ſerena aſpexiſſe facie, et illos nunquam ſatis laudare poſſe hunc fluuium, eos poſſe ſeſe extollere atque ſuperbire ob hanc felicitatem, quae ipſis ſecuritatem pollicetur ac ſanitatem, atque de praeſtantia huius fluuii qua omnes alios antecellit, teſtatur.

VI.

VI.

Muſeum Carlſonianum, in quo nouas et ſelectas aues coloribus ad viuum breuique deſcriptione illuſtratas ſuaſit et ſumtibus generoſiſſimi Profeſſoris exhibet ANDREAS SPARRMANN M. D. et P. Reg. Acad. ſcient. Stockholmenſ. Muſei Praefect. Eiuſd. Acad. vt et ſociet. Phyſiogr. Lund. Scient. ac Litt. Gothoburg. Heſſ. Homburg. Membr. Faſc. I. Holmiae ex Typographia regia 1786. pl. 25. Faſc. II. 1787. pl. 25. fol.

Splendidum hoc opus conſenſu ac iuſſu Generoſiſſimi GUSTAVI CARLSON, ſecretarii ſtatus Regii ordinis de ſtella polari Equitis aurati publice prodire inſtituit Cl. SPARRMANN, ſibique omnes hiſtoriae naturalis inprimis ornithologiae amicos obſtrinxit. Muſeum ſiquidem Generoſ. CARLSONUS in praedio Maelbyenſi, amoeniſſime propter oram lacus Sillen in Sudermannia ſito, magnis ſumtibus et ſtudio prorſus ſingulari exſtruxit, atque inſtructiſſimam ditiſſimaque variarum auium, vt plurimum nouarum, rararum atque incognitarum copia ornauit, atque voluptati ſtudiisque priuatis proſpiciendo ſimul curauit, quo illa egregia collectio plurium quoque inſeruiret vſui, ideoque edendi curam Cl. SPARRMANNO commiſit, hac lege, vt omnium ſpecierum deſcriptiones Linnei ad modum proponeret, cui quidem iuſſui ex aſſe ſatisfacere ſtuduit. In imaginibus vero exhibendis hoc ſequutus eſt conſilium, vt ad vnum omnes ſumma fide ad naturam quam maxime accederent eaſque a ſcalpendi magiſtro FR. AKREL aeri inciſas eſſe ex Tab. 26. intelliximus, cui tantum nomen ſuum adpoſuit. Vſus autem eſt, ſumtibus ad hoc negotium exſequendum

large a Generoſ. Poſſ. erogatis ſuppeditatiſque, opera I. GAROLI LINNERHIELM, ſecretarii regii Appellidis in arte verſatiſſimi, qui pro more ſuo diligentiſſime atque accuratiſſime lineas ducendo characteres vniuſcuiuſque auis proprios expreſſit, atque ſimul hoc curauit, vt, vbi auium magnitudinem tabulae per anguſtiam ſuam capere non poſſent, linea ſcala more BUFFONII addita, vniuerſae tamen natiuae longitudinis indicaret rationem.

Faſc. I. Continentur autem in primo faſciculo 1) *Lanius Pomeranus*: ſupra niger, ſubtus albus, occipite dorſoque colli ſaturate ferrugineis, nigro circumdatis, alarum maculis vtrinque duabus, vropygioque albis. Habitat in Pomerania. Vnicuique deſcriptioni propria quaedam, ad natale ſolum, colorem, magnitudinem partium, ſingularem ſtructuram formamque, aliaque ſpectantia ſeorſim adduntur, quae tamen hic commemorare breuitatis cauſa nolumus. 2) *Corvus Clericus* totus niger, mento albo, roſtro ad baſin cinereo. Rariſſima in Suecia auis. Magnitudine circiter corui coracis et ab hoc, macula ſiue plumoſitate pollicari alba, regionem ſubmandibularem et initium gulae occupantem praecipue differt. 3). *Cuculus ferratus*, niger ſpeculo alarum albo. Habitat ad promontorium bonae ſpei. 4). *Sitta caſra*, corpore ſubtus flauo, ſuperne flauo, nigroque vario, pedibus nigris, 5). *Certhia melanura*: capite dorſoque violaceis, pectore abdomineque vireſcentibus, alis fuſcis, cauda nigra ſubbifida, tibiis digitiſque atris. Habitat ad promontorium bonae ſpei. 6). *Anas molliſſima*, mas varietaſque biennis, Suecis *Helſinge*, cera nigra poſtice bifida rugoſa. 7). *Anas diſpar, mas*: criſta occipitali abbreuiata ſmaragdina, remigibus aliquot ſecundariis coeruleis, antrorſum falcatis, apicibus albis. 8) *Anas diſpar, femina*: ferruginea, fuſ-

ca,

ae, nigroque vndulata, alarum maculis duabus parvis albis. Haec et praecedens in Oſtrogothico quodam flumine peregrinantes nuper detectae, ſclopetoque ſimul ictu interfectae ſunt. 9). *Colymbus parotis*; capite laeui nigro, gulae, aurium ac ſubocularium regionibus albidis nigro-lineatis. 10). *Pelicanus punctatus*, capite criſtato, alis cinereis nigro punctatis, habitat in Noua Zelandia ad Fretum Reginae Charlottae, nidificans in arboribus 11). *Sterna alba*, corpore toto albo, roſtro pedibuſque nigris, habitat in India orientali, ad promontorium bonae ſpei inſulaſque maris pacifici magnitudine et ſtatura ſternae nigrae. 12.). *Fulica Leucoryx*, nigra, alis albis, magnitudine et ſtatura fulicae atrae. Ante aliquot annos hanc Fulicam ad Theriotrophium Holmienſe telo confixit, eaque Muſeum Carlſonianum ditauit Inſpector venatorii cohortiſque equeſtris centurio nobiliſſimus RUDBECK. 13). *Fulica aethiops* tota nigra, quoad magnitudinem et habitum cum atra conuenit, differt vero alarum plumis omnibus nigris, pectore abdomineque ferrugineo, fuſcoque vndulatis. 14.) *Rallus auſtralis* cinereo ferrugineus, alis caudaque ſaturate brunneis, pennis nigro faſciatis. Habitat in Noua Zelandia, ad cuius littora meridionalia, refluente mare praedantem ſaepius vidit Cl. SPARMANNVS, magnitudine circiter Gallinae vulgaris. 15). *Tetrao hybridus*: cauda bifurca, ſubtus albo-maculata. Suecis *Rackelhane* (Gallus *ferator*) magnitudine feminae maioris Tetrao vrogalli. Occurrit paſſim in Sueciae et Finlandiae ſiluis. 16). *Tetrao canus*, corpore cano, fuſco vndulato, roſtro pedibuſque nigris. E Helſingia hanc ſpeciem beneuole communicauit olim V. Generoſiſſimus et Chiliarcha STENBOCK, vbi in quadam Paroecia frequentiſſime occurrere, minime autem Tetrao Bonaſiae varietatem eſſe monuit. 17). *Loxia Flamengo*,

mengo, alba, capite, collo, pectore, abdomineque roſeis. Magnitudine et ſtatura Loxiae pyrrhulae, ſed an eiuſdem ſit varietas non facile definire ſuſtinet Noſter: Vpſaliae enim capta per annum bene valens colorem retinuit. 18). *Loxia totta*, remigibus rectricibuſque omnibus nigris ſummo apice albis. Hanc ſpeciem inter ſtationes Hottentottorum detexit Noſter, vnde et ipſi haud dubie nomen inditum eſt. 19). *Tanagra Siberica*, atra, apicibus plumarum interſcapulii vropygiique candide et diſcrete ciliatis. Magnitudine Turdi Iliaci. Variat, capite, humeris, hypochondriis, tectricibus alarum, rectricibuſque vt interſcapulium et vropygium candide ciliatis. Habitat Siberiae: vnde communicauit Celeb. LAXMAN. 20). *Fringilla candida*, plumis ac pennis omnibus, roſtro, pedibus, digitiſque albis. Magnitudine fringillae domeſticae, cuius forſan eſt varietas, roſtro tamen pro ratione corporis paulo validiore. Vidimus eandem hic Lipſiae in pulchro Muſeo Cel. LINKII optime ſeruatam, quae cum hac deſcriptione probe conuenit *). 21). *Emberiza* Maelbyenſis, capite colloque plumbeocinereis, gula albida, abdomine ferrugineo. Illuſtriſſimus V. CARLSON in praedio ſuo Maelby detexit hanc ſpeciem. 22) *Muſcicapa ochracea*, collo et pectore cinereo ferrugineis, alis et cauda nigrocinereis. Habitat ad promontorium bonae ſpei. 23). *Muſcicapa nigra*, corpore toto nigro, roſtro, capite, interſcapulio, pedibuſque atris. Habitat in inſulis ſocietatis Oceani Pacifici. 24). *Muſcicapa albifrons*: ſupra nigro fuſca, iugulo ac pectore ſordide albis, abdomine dilute ferrugineo, fronte albida, pedibus nigris. Habitat ad promontorium bonae ſpei. 25). *Parus Saebyenſis*, corpore caudaque ſubtus, capillitio, interſcapulio, faſcia tranſuer-

fali

*) Conf. Indicem Muſei Linkiani P. I. p. 33.

fali alari remigumque aliquot albis; cauda ſuperne, macula tranſuerſali nuchae, tectricum remigumque nonnullis caeruleis. Haec ſpecies ad praedium Carlſonianum Saeby in Sudermannia detecta eſt.

26). *Falco dubius*, corporis totius plumis ad ex- Faſc. II.
ortum albis, macula ſubalari magna, albida. Hanc ſpeciem, quae in Suecia paſſim, ſed non frequenter occurrit, et pro Gyrfalconis varietate haud merito a nonnullis ſuſpecta eſt, Falconem dubium nominauit Cl. Editor, quod ideo monemus, ne duas ſpecies has eſſe aliquis exiſtimet. 27). *Pſittacus cyaneus*: corpore toto ſaturate et ſplendide coeruleo. Habitat in inſula Taiti ſiue Otaheiti. In hac quoque Cythera maris pacifici, eiuſdem pſittaci, varietatem, pectore albo, illuſtriſſimo BUFFONIO Taitenſis dictam *) ſaepe vidiſſe ſeſe eaque Carlſonianum muſeum ditaſſe Editor fatetur. Colorem autem cyaneum in vtraque varietate eundem et hinc **) nimis dilutum eſſe monendum eſt. 28). *Pſittacus Nouae Zelandiae*, viridis, ſincipite, macula ſubocu-lari et hypochondriis coccineis. Duarum ſpecierum huius generis, quae in Noua Zelandia occurrunt, haec circiter duplo minor fuit. 29). *Pſittacus vernalis*, laete viridis, alis praſinis, vropygio caudeque pagina ſuperiore ſanguineis, roſtro pedibuſque pallidis. 30). *Pſittacus bimaculatus*, maculis colli duabus oblongis, nigris, vtriuſque alae macula magna et ſulphurea. 31). *Oriolus melaleucus*, niger, alarum macula alba. E Surinam pro ornando Muſeo Carlſoniano, Melaleuci huius ſpecimen miſſum eſt. 32). *Cuculus Taitenſis*, ſupra fuſcus, alboque punctatus, ſubtus laete ferrugineus ac lineolis brevibus longitudinaliter nigro ſtriatus, cauda fuſca maculis albidis ſublunatis faſciata. 33). *Sitta Chloris*, corpo-

*) ſ. Planches enl. 455. fig. 2.
**) l. c.

corpore ſupra viridi, ſubtus candido, cauda atra vltimo apice flauicante. Noſter in prouincia promontorii bonae ſpei, *Akter Bruntjes Hoogtens* dicta, hanc ſpeciem detexit. 34). *Certhia vndulata*, ſupra cinereo fuliginoſa, ſubtus alba, nigroque tranſuerſim vndulata. 35). *Certhia lepida*, ſubtus flaua, pileo ex viridi nitente, collo et interſcapulio hepatinis, vropygio ſplendide violaceo, alis, cauda, pedibuſque fuſcis. 36). *Certhia armillata*, viridis, alis complicatis ſupra nigris, ſubtus luteis, humeris, femorum armillis maculisque aliquot vropygii ſaphirinis. Habitat in Surinam. Interdum variat plumula vna alterauae regionis iliacae pectoris, extimi criſſi ac temporum caeruleo-caeleſtibus. Taenia nigra a roſtro per oculum ducta et huius parti ſuperiori contigua linea flaua non raro variat. 37). *Anas Magellanica*, femina, ſpeculo alarum viridi, abdomine, criſſo, vropygio, femoribus caudaque albis. Mas totus eſt albus, roſtro nigro, pedibusque flauis ac anſere domeſtico paulo minor *). Femina autem anſeri Magellanico BUFFONII **) quodammodo ſimilis, ab hoc in plurimis tamen differt. 38). *Anas fraenata*, fuſco ferruginea, ſpeculo alarum, abdomine, capitiſque annulo ad roſtri baſin albis. Anatis frenatae ſpecimen e Muſeo ſuo benigne communicauit Gen. ALSTROEMER. Circa Alandiam occurrit et a venatoribus nonnullis pro anatis Marilae femina habetur. 39). *Anas ſpectabilis*, *mas*, roſtro baſi gibbo compreſſo; carina pennacea nigra capite canefcente. Eduardi figura, a Lineo citata, naturae minus congrua. 40). *Anas ſpectabilis femina*: ferrugineo-fuſca nigroque maculata, regione oculorum alba, apicibus alarum caudaque cinereis.

Qui

*) FORSTERI Voyage round the world. Vol. II. p. 495.

**) pl. enl. 1006.

Qui artem venatoriam in mari Balthico ad oras Sudermanniae exercent, hanc non niſi pro anatis ſpectabilis femina habent. 41). *Loxia cardinalis*, varietas non criſtata, rubra, mento nigro, vropygio, cauda, alis pedibusque fuſcis. Viuam ex Inſulis Indiae occidentalis miſſam obſeruauit Noſter, et ob habitum Loxiae cardinali ſimillimum non niſi pro eiusdem pullo vel varietate habendam eſſe duxit. Eandem quoque vidimus, ſed criſtatam in Muſeo Linnæi*) Virginienſem, quam ex Thuringia ſeſe accepiſſe profitetur. 42). *Emberiza cyanella*, mas, capite, collo, vropygio, corporeque ſubtus caeruleo nitentibus; interſcapulio humeriſque ex caeruleo ferrugineoque variis, remigibus, rectricibusque fuſcis margine caeruleſcentibus. Habitat in America ſeptentrionali. 43). *Emberiza cyanella, femina*: corpore ſupra ex fuſco, ferrugineo ac paululum caeruleſcenti vario; ſubtus ferrugineo albicante, maculis cyaneis notato; remigibus rectricibuſque fuſcis, margine caeruleſcentibus. 44). *Emberiza rufipilla*, corpore ſupra fusco, ſubtus cinereo; gula ferruginea, capiſtro albo, capillitio inſuper ruſeſcente, cauda nigra. 45). *Tanagra Capenſis*, ſupra ferrugineo fusca, ſubtus ferrugineo, alboque varia, cauda in medio nigricante, lateribus ferrugineo-ruſeſcente, roſtro flauicante, pedibus nigris. 46). *Muſcicapa bicolor*, corpore ſupra cinereo, ſubtus ochraceo, cauda et rectricibus ochraceis cinereisque. Habitat in Africa meridionali. 47). *Muſcicapa fuliginoſa*, corpore ex ferrugineo et nigricante fuliginoſo, alis caudaque nigricantibus, roſtro flauicante. In deſerto Africano inter riuulum Heuj et fontem Quamme dacka a Noſtro detecta. 48). *Parus peregrinus*, *mas*; capite, collo dorſoque cinereis; pectore, macula alari, vropygio ac rectricibus lateralibus

*) Lib. cit. P. I. p. 31.

ralibus poſtice coccineis. Character motacillae cinnamomeae *) cum paro peregrino noſtrate ſati conuenit, in variis tamen differt. 49) *Parus peregrinus, femina,* corpore ſupra cinereo, ſubtus albo, macula alari aurantia, vropygio et rectricibus lateralibus poſtice coccineis **). 50) *Parus Indicus* gula et iugulo ſordide albis, pectore, abdomine criſſoque ferrugineis, corpore ſupra *cinereo*, roſtro, pedibus, alis caudaque nigro fuſcis. Quod reliquum eſt, vt huius praeſtantiſſimi operis faſciculorum reliquorum protinus copia nobis fiat, cupimus.

VII.

Diſſertatio inauguralis anatomico-phyſiologica de *glandulis ſuprarenalibus,* quam praeſ. IOANNE CHRISTOPHORO ANDR. MAYERO publice defend. *Io. Chriſt. Heino Schmidt,* Hamb. Trai. ad Viadrum 1785.

p. 1. In priori libelli parte anatomicam harum glandularum deſcriptionem multa cum diligentia factam poſtquam A. exhibuit, in altera de earundem vtilitate diſputans varias aliorum ſententias perſcrutatur. Ex mente quidem Cl. Auctoris alii vſui inſeruiunt in foetu, alii in adultis. In illo ſanguinem ipſarum beneficio nutritioni tenerrimarum partium magis adaptari, vel lymphae officinas eas eſſe; his datas eſſe glandulas ſuprarenales, vt ſanguini venae cauae partis irritabiles, quarum per ſecretionem bilis et vrinae iacturam paſſus eſt, in iis reddantur. Hoc enim ſuadere ſitum ipſarum, diaphragmati vicinum, per cuius continuos motus ſecretio valde iuuetur; deinde magnam ſanguinis copiam ab aor-

p. 26.

p. 48.

*) V. LINN. Syſt. nat. Ed. XII. V. 335. N. 32.

**) Syſt. naturae p. 342.

ipſis traditam, reſorbtioni praeterea egregie in-
ruire oſtiola venarum ampla et numeroſa in ca-
um glandularum hiantia. Scatere autem humo-
em in iis contentum particulis ſalinis et phlogiſti-
irritabili vi pollentibus, confirmare amaricantem
is, bilioſum et ſtypticum eius guſtum, phlogiſti
am teſtem eſſe profundum liquidi colorem. – Che-
a experimenta nulla adiungit.

VIII.

Diſſertatio inauguralis medica de *vi vitali arteria-
rum*, quam pro licentia gradum Doctoris ob-
tinendi tuebitur CHRISTIANVS KRAMP A. L. M.
Argentinenſ. — Argentorati. 1785.

Contra HALLERI et SPALANZANII experimenta
cor non ſolum propellendo ſanguini ſuffice-
ſtatuit, ſed inſitam quoque eſſe ipſis arteriis vim
undam vitalem, cum elaſticitate non confunden-
m. Arterias fortius contrahi, quam, ſi mere eſſent
ſticae, fieri ab ipſis poſſet. Quam vero vim vi-
em toto, vt ait A. Cl. coelo ab irritabilitate differre.
hil omnino tribui poſſe fibris muſcularibus, quip-
quae a ſanguine ob interiectam tunicam inter-
nullo modo tangantur. In eo tamen vim vi-
em cum irritabilitate conſentire, quod vtraque
regno tantum animali et vegetabili, neque vn-
am in mineris adſit, quodque mortuis plantis et
malibus, et ipſa moriatur. Vtramque poſcere
ras muſculis analogas, vtramque nec a neruis,
c a ſanguine pendere, et euulſo ipſo corde, ſepa-
is ipſis neruis ſuperſtitem manere; irritabilitatem
oniſi ſtimulo cieri, vim contra vitalem extenſio-
e moueri, ſtimuli vel acerrimi quam maxime pa-
entem; illam in muſculis reſidere, hanc in vaſis;

illam immediato tactu esse excitandam, huius effectus ne per interpositas quidem membranas possit intercipi. Irritabilitatem in viuis animalibus iam ipso cultro facile detegi, vim vero vitalem saepissime nonnisi ratiocinio demonstrari; illa quidem plerasque vegetabilia carere, huius vero expertem non posse cogitari vllam plantam; illam in mollioribus iuuenum fibris residere, et musculosa harum natura in tendinosam abeunte, euanescere; hanc in arteriis, in cartilaginem adeo aut os mutatis remanere cum circulus sanguinis ad vitae finem vsque in illis procedat. – Musculus, licet a vicinis partibus deuellatur, nullam irritabilitatis suae iacturam patitur; separata vero arteria omnem fere sese contrahendi vim amittit, et ad aneurysma formandum fit prona. Attamen ipse Cl. Auctor haec habet: – *etenim vis contractilis ab irritabilitate toto coelo diuersa est, atque eius forte indolis, vt vna cum irritabilitate illud detrimum efficiat, quod satis obscura vis vitalis denominatione hucusque physiologis venit.* – Vim ipsam contractilem arteriarum in primis ab elasticitate distingui, quod illa corporibus tantum organicis, iisque viuis competat, fibras requirat, et ob fibras circulares ad latitudinem tantummodo minuendam faciat, etc. – Deinde singula HALLERI et SPALANZANII argumenta ventilantur, quibus soli cordi in circulo sanguinis regundo principatum tribuerunt. – Verum si discendum quod res est, lis nondum omnis est diremta, praecipue cum recentiorum alii assumta vi arteriarum minorum musculari hoc naturae negotium non male explicuisse visi sunt. – Affixas habet libertheses pathologicas, quibus de febrium indole generali noua coniectura proponitur. Febrem autem oriri putat Noster, si, quod inter venosam vidam atque arteriosam obtinere debet, aequilibrium tollatur; vbi itaque venosa vnda arteriosae praeut-

let

positiuam, vbi haec illi, *negatiuam* vocandam esse febrem. Ipsam hanc theoriam singulari libro propediem vlterius se esse expositurum pollicetur.

IX

Considerationes Pathologico-semeioticae, de omnibus humani corporis functionibus, quae per partes successiuas sub thesium forma propositae fuerunt per triennium studii medici in vniuersitate Bisuntina, auctore ac Praeside N. F. ROUGNON, Doctore medico in eadem Vniuersitate Professore Regio, scientiarum Academiae Bisuntinensis, nec non Regiae societatis medicae Parisiorum socio, Fasciculus I. Vesuntione typis I. F. Couché, vniuersitatis Regiae typographi 1786 4. pagg. 338.

Duo sunt, quae hunc librum quam maxime commendare videntur, si enim typum spectamus, ille ob elegantiam et accurationem animum oculosque oblectat, si autem librum ipsum perlegimus; tunc et ob doctrinae subtilitatem, rerum tractatarum ordinem, ac studium auctoris in admirationem rapimur, qui etiam aliis scriptis suae prorsus singularis eruditionis edidit specimina. Subscribimus eo lubentius ipsius sententiae, quam dilectis in Academia Bisuntina alumnis hisce indicauit verbis. „Dum curaui hanc thesium medicarum seriem redigere in fasciculos, seruatis aliquot earum exemplaribus, minime putaui commendabilem librum orbi litterato additum iri, sed vos habituros esse lectionum mearum textum paulo exactiorem, quam in scriptis publice dictis, in quibus calamo exarandis nonnullum tempus teritur vocali explicationi vtilius consecran-

dum. In hoc opere conatus ſum prima vobis tra-
dere praecepta, quae ad naturae ordinem accom-
modatiora mihi viderentur, ſimul et Hippocrati
ſententiis ac obſeruatis confirmata. Si errauerim
dicent magiſtri, iiſque lubens et gratus auſcultando
eximar a culpa. Aliunde bonum eſt proprias do-
centium opiniones argui, vt tyrones ab errore auer-
tantur. Si ad altiorem medicinae naturalis indagi-
nem vos excitare voluerit in docendo labor, voto-
rum plene compos efficiar „.

Praemittit autem Noſter huic faſciculo breuem
introductionem, cuius haec ſumma eſt: Dum ho-
mo viuit, et praeterea bene valet ac ſanus eſt, ſig-
num huic ſtatui proprium habetur in libero exerci-
tio functionum, quae illi indiuiduo propriae ſunt.
Sed ſi homo vel leuiſſime aegrotauerit, id eſt, ſi vna
illius pars aut functio leuiſſime perturbetur, tunc
apparet ſignum aliquod proprium ad deſignandam
turbam illam, quia illius eſt effectus naturalis. Quod
ſignum, quamuis re ipſa ſit quidpiam morboſi, non
vocatur nomine morbi, ob ſimplicitatem ſuam, ſed
nomine ſymptomatis, quo generaliter intelligitur
quoduis accidens ſimplex, contingens in aliqua fun-
ctione contra tenorem illius. E. g. dolor ſimplex in
oculo eſt ſymptoma alicuius irritationis, quae huic
parti infertur: quae irritatio ſpectari quidem pot-
eſt tanquam aliquis morbus, ſed quae ſolo nomine
ſymtomatis appellanda eſt, propter mali illius ſim-
plicitatem.

Propius tamen indicanda ſunt, quae in hoc faſcicu-
lo continentur, de quibus in vniuerſum monemus
omnes conſiderationes in diuerſa capita ſectionesque
p. 5. diuiſas eſſe. *Caput primum* agit de phyſica vita in ſe
ſpectata, quamplurima inuenta ad mephitiſmum ſpe-
p. 22. ctantia hic leguntur. *Cap. ſecund.* de ſanitate, cuius
articulus primus complectitur conſtitutiones medi-

cas

ns ex conſtitutionibus annorum, tempeſtatum, et
ipſorummet dierum, ſectio prima effectus vento-
rum in corpora humana, ſectio ſecunda, conſtitu-
tiones tempeſtatum regulares, ſectio tertia, conſti-
tutiones tempeſtatum irregulares earumdemque ef-
fectus, et hyemis et veris conſtitutionem irregula-
rem. Hanc excipit irregularis conſtitutio aeſtatis et p. 34.
autumni, et tandem irregularis conſtitutio ſolius au-
tumni, et conſtitutiones quotidianae. Sectio quar- p. 36.
ta ſiſtit conſtitutiones annuas, aliaſque conſtitutiones p. 38.
extenſas. Articulus ſecundus exhibet ſigna inferen- p. 39.
da ex actuali ſanitate indiuiduorum, cuius ſectio pri- p. 41:
ma tractat conſtitutionem ſanguineam, ſectio ſecun-
da conſtitutionem bilioſam, ſectio tertia conſtitutio-
nem atrobilioſam, ſectio quarta conſtitutionem pi-
tuitariam, ſectio quinta conſtitutiones extenſas. Ar- p. 56.
ticulus tertius, ſigna ſanitatis ex aetate et ſexu infe-
renda. Articulus quartus ſigna morborum peten- p. 62.
da ex ipſis morbis praegreſſis et curatis. Articulus
quintus, ſigna repetenda ex actuali ſtatu conuale- p. 63.
ſcentiae. Articulus ſextus ſigna repetenda ex loco p. 66.
et habitatione. *Caput tertium* de fame et ſiti. *Ca-* p. 70.
put quartum, de ciborum manducatione, deguſta-
tione, ac deglutitione. Guſtus autem mox nullus p. 77.
percipitur, mox ingratus, mox erroneus, eaque
ſymptomata plerumque pertinent ad anorexiam,
apoſtiam, picam, malaciam, ſed et aliquando pro-
ueniunt ex aliqua affectione neruea. *Caput quintum* p. 78.
de ciborum chylificatione, et expulſione fecum. Ar-
ticulus primus, ſigna repetenda ex ciborum coctio-
ne vitiata. Articulus ſecundus, ſigna ex expulſio-
ne aluinarum fecum repetenda. Sectio prima, al-
ui ſuppreſſio, ſectio ſecunda, diarrhoea, ſectio ter-
tia, vomitus, ſectio quarta, ileus ſeu voluulus, ſe-
ctio quinta, dyſenteria, ſectio ſexta, teneſmus, ſectio
ſeptima, fluxus hepaticus, ſectio octaua, cholera,
ſectio nona, lienteria. *Caput ſextum*, de viis, per p. 111.

p. 112. quas ſanguis ad chylum vehitur. *Caput ſeptimum*
p. 114. de chyli natura. *Caput octauum*, de ſanguine e
p. 116. eius natura. *Caput nonum*, de ſanguinis formatio
p. 119 ne, et geneſi humorum. *Caput decimum*, de fibris
p. 122. *Caput vndecimum*, de tela celluloſa. *Caput duod*
p. 129. *cimum*, de adipe. *Caput decimum tertium*, de mem
p. 137. branis. *Caput decimum quartum*, de vaſis. *Caput*
p. 147. *decimum quintum* de vaſis ſanguiferis, in quo ſigillatim Articulo primo tractat de arteriis ſanguiferis. Sect. 1. de inflammatione, reſolutione, ſuppuratione, gangraena, induratione, et metaptoſi. Sect. 2. de ecchymoſi, Articulus ſecundus, de venis ſanguife
p. 208. ris. *Caput decimum ſextum*, de vaſis lymphaticis
p. 209. *Caput decimum ſeptimum*, de glandulis lymphaticis
p. 215. *Caput decimum octauum*, de ſanguinis circulatione in quo continet articulus 1. febrim, articulus 2. ſigna ex pulſu arteriarum obtinenda, in quo theoria pulſus irritationis, coctionis et criſis indicatur, ſimulque quaeritur, ſuntne dies critici et quinam ſecundum Hippocratem? Articulus 3. febrium genera et ſpecies, et quidem febres continuas, febres intermittentes.
p. 306. Febris noſtro intermittens dicitur ea, quae per vices ſaeuit, quae habet plenam apyrexiam, ſeu in febricitatione inter duos paroxyſmos. Diſtinguitur autem multiplex, nempe quotidiana, tertiana ac quartana, prout nimirum febris quotidie inuadit ac deſinit, vel tertia tantum aut quarta quacunque die. Tertianas praeſertim aeſtate oriri notatur, aph. 24. S. 3. quartanas autumno ex aph. 21.
p. 301. eiusdem Sect. Febres eruptiuae, petechiae, milium, pemphigos, rubeola, ſcarlatina, peſtis, variola, et variola volatilis dicta.

X.

Expériences pour ſervir à l'hiſtoire de la generation des animaux et des plantes par M. l'ab-

l'abbe SPALANZANI Professeur d'histoire naturelle dans l'vniuersite de Pavie et membre de diverses Academies. Avec vne Ebauche de l'histoire des etres organisés avant leur fécondation, par IEAN SENEBIER, Ministre du St. Evangile et Bibliothecaire de la république de Genéve. A Geneve chez Chirol, à Paris chez Duplain 1786. 8. de 413 pages avec figures en taille douce.

h. e.

Experimenta historiae generationis animalium et plantarum inseruientia auctore Cl. SPALANZANI.

Istud scriptum vtilissimum ex tribus commentationibus, quarum quaeque in sua capita diuiditur, compositum est, prior versatur circa generationem quorumdam animalium amphibiorum, v. c. ranarum viridium aquaticarum, et arborearum, bufonum, salamandrarum in aqua degentium. Posterior disquirit fecundationem artificialem, quae locum habet in quibusdam animalibus, qualia sunt bufones terrestres, male olentes, et oculis rubris et tuberculis in dorso praediti, salamandra aquatica, rana arborea et aquatilis, papiliones e bombycibus, canes, subiuncta est via ac ratio qua mulos possumus iisdem artificiis producere. Tertia commentatio denique praecipit de plantarum generatione. Multae nouae et praeclare propositae res in hoc volumine continentur, et experientiae Cl. A. ita sunt comparatae, vt facili negotio intelligamus eum sese quoad omnes legibus naturae accommodasse.

XI.

Opuſcules de phyſique animale et végétale par M. L'abbe SPALLANZANI, Profeſſeur royal d'hiſtoire naturelle dans l'vniuerſité de Pavie, Membre de la ſociété royale de Londres, des académies des Curieux de la nature de Berlin, de Stockholm, de Gottingue, de Pologne, de Sienne etc. Augmentés de ſes expériences ſur la digeſtion de l'homme et des animaux, traduit de l'Italien par IEAN SENEBIER, Bibliothécaire de la république de Geneve. On y a joint pluſieurs lettres relatives à ces opuſcules écrites à M. l'abbe SPALLANZANI par M. CHARLES BONNET et d'autres naturaliſtes célebres, à Pavie et ſe trouve à Paris, chez Duplain, et à Nanci chez Dallancour 1787 trois vol. in 8.

hoc eſt:

Opuſcula ad phyſicam animalem et vegetabilem ſpectantia auctore Cl. SPALANZANI, aucta experimentis eiuſdem ſuper digeſtionem hominis et reliquorum animalium, ex Italico verſa per Cl. SENEBIER etc.

Quemnam fugiat ingenioſum ſyſtema NEEDHAMI, quod formationem entium ac ſubſtantiarum concernit, ſuperſtructum eſſe ſic dictae animae vegetatiuae ſeſe diffundenti per omnem materiam, et illam, ſub quacumque demum lateat forma, perpetuo ſuam admirandam adhibere energiam ad conſeruanda aeque ac perficienda entia organica? Haec nimirum

mirum virtus vegetatrix ab ipſo appellata in eo ſemper occupata eſt, vt agitando maſſam particularum organicarum, ſolutionem materiarum phlogiſticarum eas circumdantium promoueat, atque ad vnum omnes ad commune centrum ſenſuum atque vitae dirigat. Illa virtus principem locum in magno generationis negotio obtinet atque occupat, quaeque membra infantum, quibus per parentes ſuos orbati erant, reſtaurat, quaeque adiicit et modificat pro arbitrio, vt opera illius maximam perfectionem conſequantur. Illa ipſa eſt, per quam quaedam animalium partes perditas rurſus conſequantur ac recipiant, et quae ſtupendas illas metamorphoſes in animalibus producit ac vegetabilibus, qui ſeſe viceverſa deſtruunt, conſeruant ac reſtituunt. Haec ſpecioſa hypotheſis huius Philoſophi Hibernici, prouti fieri ſolet, ſuos nacta eſt patronos ac defenſores, ſimulatque aduerſarios. Prioribus adnumerandus eſt Plinius Francogallorum, illuſtris ac diſertus BUFFON et alii claſſimi phyſici, qui, quamquam quaedam huic ſyſtemati modificationis gratia addidere; nihilo tamen ſecius principium, quo innititur, probarunt atque ipſi ſuffragati ſunt.

Inter eos autem, qui NEEDHAMI ſyſtema examinare atque diuidicare ceperunt, Cl. SPALLANZANI praeprimis primas tenuit partes anno 1765, prodire enim aduerſus eiuſdem ſyſtema iuſſit opuſculum, in quo ducem experientiam ipſam, quae phyſicis loco optimi praeſidii eſſe ſolet, ſequitur. Ille nos inſtruit, quomodo Cl. NEEDHAM viſus ſit argumentorum ipſius grauitati cedere atque ſanctiſſime promittere, velit ſuis figmentis atque dulcibus ſomniis nuntium mittere; ſed quum optimus quiſque gloriae ſtudio ducatur atque trahatur, atque honos, ſyſtematis auctor eſſe, non ſit vilipendendus, ſui promiſſi immemor anno 1769 rurſus in palaeſtram deſcendit,

ſcendit, ſuamque hypotheſin nouis ornamentis inſtructam, nouiſque ac firmiſſimis argumentis ditatam locupletatamque eſſecredidit. His vltimis moliminibus ille virtutis vegetatricis praecipuam ſuppeditauit Cl. SPALLANZANIO, vt hunc librum, quem iam iudicio noſtro ſubmittimus, emitteret, qui etiam in diuerſas tranſlatus eſt linguas.

Caput rei, de qua hi philoſophi inter ſe diſſentiunt, in eo conſiſtit, vt cognoſcamus ac diſquiramus num e farina mixta cum aqua in vitro poſſint produci entia organica. Cl. SPALLANZANI in eo conuenit, quod produci poſſint in vno aut altero, ſi inter ſe iungantur, modo id aſſerit, quod illa productio nequeat eſſe effectus huius combinationis. Dicit enim, obtura hermetico more vitrum, et farina corrumpetur, et tu ne minimas quidem inuenies particulas, quae animatae eſſe videantur. Cl. NEEDHAM contrariam tuetur ſententiam et prouocat ad ſuam experientiam. Aduerſus ea regerit Cl. SP. eius vitrum figillo hermetico non fuiſſe praeclusum, plus, ait, agas velim, ſine hanc materiam corrumpere, et ego prouoco te et tuum microſcopium, et nulla deprehendentur organica entia. Reſpondet quidem Cl. NEEDHAM ſe iis fidem habere, at conſideres tantummodo velim, me percipere, virtutem vegetatricem eſſe debilitatam, ſuffocatam atque prorſus deletam per ebullitionem: probe intelligo aerem perdidiſſe ſuam elaſticitatem per ignis calorem, et qui praeterea ob vitri obturationem libere agere non potuit in vitrum. Dicas mihi velim plus, aſſerit Cl. SPALL. atque conuenias in eo mecum, quod concernit potiſſimum praecautiones a me adhibitas, num videlicet farina et aqua non amplius cum aere externo habuerit communionem, et non ibi deponere potuerit germina entium organicorum: his ſiquidem exacte declaratis, ambo demum certi

eſſe

esse possumus, quod illud elementum sit illis particulis repletum. Quod reliquum est Noster diuersis fecit infusiones cum seminibus vegetabilium in vasis simplici modo obturatis, atque comiicit, nihil amplius ipsi haud dubie esse dicturum suum aduersarium, quam quod aer de sua elasticitate ibi non addiderit quidquam, illudque ipsum sufficit auctori demonstrando, quod non amplius ibi introduci queat quoddam animalculum micorscopicum, quod illic commorari posset. Praeparatione illa praemissa suas infusiones diuersis subiecit ebullitionibus, et clarissime vidit easdem infusiones per longum tempus ebullitioni subiectas, et quod animalia microscopica inclusa in vase destructa penitus fuerint, neque vllum vestigium de entibus organicis conspiciendum praebuerint, intellexit vero etiam infusiones in ebulliendo factas esse debiliores, et per consequens eas magnam substantiarum paruarum copiam obtulisse, de quibus fingit N. illas esse opus a virtute vegetatrice productum, Noster vero robur exinde suae opinioni addit, quod germina in fundo vasis deposita sint, quae ebullitioni restiterint. Colligit igitur ex dictis virtutem vegetatricem esse erroneam, si ipsi demantur facilitates, tributae indulgentissime ac ex paterno amore inuentoris erga suum ingenii foetum. Adiecit quoque Cl. SPALLANZANI magnam experimentorum copiam cum ouis, animalibus, granis, plantis, etc. institutorum; cum enim illa diuersis caloris gradibus exposuerat, omnia phaenomena coniunctim declararunt atque confirmarunt, animalia illa microscopica in hisce infusionibus prodeuntia, si scilicet ebullitio non adeo fortis fuerat, non posse esse substantias a virtute vegetatrice productas, prouti illas appellare libet. Ille negat quoque eandem ob causam in altera parte huius libri, ex vegetabilibus infusis animalcula produci posse, et asse-

asserit, omnia entia organica producta in plantarum infusionibus, ibi iam per aerem fuisse deposita. His omnibus subiungit historiam naturalem horum animalculorum, et in vniuersum opiniones huius physici Hiberni ita refutat vt victoriam necessario reportaturus sit, quum ille ne cogitet quidem de his entibus, quod semetipsa propagare soleant, et quum illa tantummodo tanquam existentias simplices sibi fingat. Interim Cl. SPALANZANI diuisit illa in viuipara et aquauipara, atque affert innumeras experientias, ex quibus probare annititur, quod illa eodem modo quo alia animalia, sese soleant multiplicare. Facillimum nobis foret omnes experientias atque diuersos modos, quos in hac materia pertractanda Cl. SPALANZANI adhibuit, persequi, verum nostros lectores eo lubentius ad ipsius libri lectionem amandamus, quo certiores esse possumus illum ex asse ipsis argumentis suis genuinis ac firmis esse saliffacturum. Nouam quoque editionem huius libri hanc ob causam commendamus, quia est admodum correcta atque omnibus numeris absoluta.

XII.

CAROLI LINNAEI, Botanicorum Principis, systema Plantarum Europae, characteres naturales generum ac specierum, synonyma antiquorum, phrases specificas recentiorum, HALLERI, SCOPOLI etc. descriptiones rariorum, continens; nec non Floras tres nouas, Lugdunaeam, Delphinalem, Lithuanicam, non omissis plantis exoticis in hortis Europae vulgo obuiis. Curante IOH. EMMAN. GILIBERT Med. Doct. Botan. Prof. Prouinciae. Pro Epidemicis Proto-Medico nosocomii generalis Lugd. Medico Acad.

Acad. ſcient. Lugd. etc. Coloniae Allobrogum, ſumtibus Pierre, et de la Molliere, Nanceii apud Beaurain filium 1785. 8. Vol. IV.

Multa et copioſa opera a Cl. LINNEO edita non tam facilia comparatu ſunt ob ſumtus illis impendendos, accedit et alia difficultas, quod quamplurimae plantarum ſint peregrinae, quae vel rariſſime vel plane non in quibuſdam territoriis atque regionibus reperiantur, et hoc reſpectu quibuſdam botanophilis inutilia eſſe cenſenda ſunt pleraque. Ideoque delectus quidam plantarum neceſſarius eſſe videtur, quem ſingulari prorſus cura atque ſtudio fecit Cl. GILIBERT. Ille enim in hoc ſyſtemate genera et ſpecies ita digeſſit, vt ad inſtituenda ingenia commoda ſint atque adaptata. Species expoſitae ſunt quomodo in editione REICHARDI exſtant, et in tertio et quarto volumine ſunt comprehenſae, characteres autem naturales generum ſecundum volumen proponit. Cl. A. potuiſſet ſimul in primo volumine vniuerſam philoſophiam botanicam recenſere, ſed quamquam praeſtantiſſima illa ſit, tamen lectoribus omnibus et plantarum amicis non adeo neceſſaria eſſe videtur, excepta parte iſta terminos explicante technicos, hanc itaque Noſter hic repetendam eſſe ſuarum partium eſſe duxit, loco autem earum rerum, a ſe conſulto omiſſarum, maximam penes lectores promeruit gratiam ob flores Lugdunenſes, Delphinales et Lithuanicos, quorum notitia et prodeſt, et oblectat.

XIII.

Beſchryving eener ongemeen groote Electrizeer-Machine, geplaatſt in Teyler's muſeum te Haar-

Haarleem, en van de proefneemingen met dezelve in' t werk geſteld, door MARTINVS van MARVM, A. L. M. Philoſ. et Med. D. etc. Te Haarlem, by Ioh. Enschedé en Zoonen, en Ian van Walre 1785. 4. Et: Eerſte Verfolg der proefneemingen, gedaan met Teylers Electrizeer machine, door MART. V. MARVM te Harleem 1787. 4. et te Leipſic by Gleditſch.

Deſcription d'une trés grande Machine Electrique, placée dans le muſeum de Teyler à Haarlem, et des experiments faits par le moyen de cette machine, par MARTINVS *van* MARVM *), Docteur en Philoſ. et en Medecine, Directeur du cabinet d'hiſtoire naturelle de la ſociété Hollandoise des ſciences, des cabinets de phyſique et d'hiſtoire naturelle et bibliothecaire du muſeum de Teyler, Correſpondant de l'academie royale des ſciences de Paris, Membre de la ſocieté Hollandoise, de celle de Rotterdam, de Fliſſingue et d'Utrecht; et Premiere continuation des experiences faites par le moyen de la machine Electrique Teylerienne par. M. V. MARVM etc.

*) Germanica prodiit verſio Lipſiae apud Schwickertum, ſub titulo - *Beſchreibung einer vngemein groſſen Electriſier-Machine, und der damit in* Teylerſchen Muſeum *zu Harlem angeſtellten Verſuche. Aus dem Holländ. mit* 5 *Kupf.* 1786. 4.

Deſcri-

hoc eſt:

Deſcriptio permagnae machinae electricae Haarlemenſis in muſeo Teyleriano, vna cum experimentis ope eiusdem factis a MARTINO van MARVM, Philoſ. et Medic. D. etc. Harlemi 1785. 4. alphabet. 1. et pl. 2 ½. vna cum 6 tabul. aen. ſculpt. et Continuatio prima experimentorum ope machinae electricae Teylerianae factorum a M. *van* MARVM ib. eod. 1787. alph. 1. pl. 10. vna cum 10 tab. aen. ſculpt. et 2. ſculpt. in app.

Diligens non minus, quam elegans haec diſcriptio, quum lingua belgica plerisque viris doctis minus ſit cognita, ab ipſo auctore intelligentiſſimo, maioris vtilitatis atque commodi cauſſa, ſimul facta eſt in lingua Gallica, e regione quidem poſita. Experimenta haec electrica, vti ex praefatione huius operis ſplendidi apparet, ſunt omnium prima, quae a ſocietate Teyleriana, anno 1778 inſtituta, in perampio illo atque magnifico muſeo, ex beniuola b. TEYLERI voluntate ſumtuoſe exſtructo, diligenter facta atque deſcripta ſunt. Cuius quidem muſei directores curam apparatus librorum et inſtrumentorum, ad Phyſicam et Hiſtoriam naturalem pertinentium, impoſuerunt auctori noſtro, harum rerum quippe peritiſſimo atque ſtudioſiſſimo. Machinam vero electricam inſignis adeo magnitudinis atque pretii cur auctor ab expertiſſimo viro CUTHBERTSONO, Mechanico Amſtelodamenſi dexterrimo, conficiendam procurauerit, eius rei duplicem quidem reddit rationem: alteram; quia electricitatis hiſtoria nos doceat, vires electricas ipſamque huius ſcientiae cognitionem augeri continuo, prout

p. V.

p. VII.

p. XI.

ut ipſius apparatus electrici magnitudo creſcat atque ſtructura: alteram vero; quia haud facile quis physicorum vel ardentiſſimorum vnquam fuerit reperiundus, qui eiuſmodi machinam, vel ob pretii quo conſtat, magnitudinem, vel ob ſpatii, quod exigit, amplitudinem, ex propriis quidem ſumtibus ſuis comparare ſibi poſſit aut velit.

P. I. *Pars* I. continet *deſcriptionem machinae electricae*
p. 3. *Teylerianae et experimentorum, quae magnam huius machinae vim oſtendunt. Cap.* 1. *Deſcriptio machinae electricae.* Quae quum absque addita tabula ſculpta intelligi penitus vix queat, huius capitis non niſi notatu et intellectu digniſſima quaedam decerpamus. Conſtat vero haec machina ex duobus discis, ex vitro gallico, vtpote in hanc rem prae anglico maxime idoneo, vti experientia auctorem noſtrum atque artificem docuit, prope Pariſios fabrefactis, quorum quilibet diametrum habet 65 pollicum, menſurae anglicae, et ita in eadem axi affixus eſt, vt alter ab altero diſtet $7\frac{1}{2}$ pollices. Frictio horum diſcorum in gyrum agendorum efficitur ope octo puluinarium, taffetas cerato inſtructorum, longitudinis $15\frac{1}{2}$ pollicum, ita vt quilibet diſcus frictionem circuli latitudinis $15\frac{1}{2}$ pollicum pati debeat. Media diſcorum pars ſuperinducta eſt compoſitione quadam reſinoſa diſtantia $16\frac{1}{2}$ pollicum a centro diſcorum. Duo homines ſatis idonei atque fortes plerumque ſufficiunt ad machinam hanc per ſufficiens temporis ſpatium in gyrum agendam; interdum vero, ſiquidem expe-
p. 9. rimenta diutius durant, quatuor requiruntur. Conductor huius machinae, qui materiam electricam de parte diſci fricata recipit, ex quinque partibus com-
p. 15. poſitus eſt, quae accuratius hic deſcribuntur. Experiundo didicerunt obſeruatores, longe plus adhuc materiae electricae ope huius machinae excitari,
p. 19. quam quidem pro ipſius machinae magnitudine. Sus-

tentacula

tentacula axis, quae in ceteris omnibus machinis electricis, quantum quidem nobis cognitum eſt, lignea ſunt, hic conſtant ex duabus columnis vitreis amplitudinis $2\frac{1}{4}$, diſtantiae vero $1\frac{1}{2}$ pollicum, cum baſi ex aurichalco inſtructis, eo quidem conſilio, vt inde axis expers reddatur fluminis electrici. Quodlibet ſuſtentaculum vitreum inſuper inſtructum eſt globo, ex aurichalco confecto, diametri vnius pedis. Iam deſcribitur apparatus electricitatis negatiuae. p. 23.

Cap. 2. *Experimenta, quae magnam huius machinae vim oſtendunt.* Radii luminis electrici, ope huius machinae excitati, in obſcurato conclaui obſeruati, apparent eſſe craſſitiei calami ſcriptorii, et ramis atque radiis collateralibus ornati, id quod expreſſum eſt in ſculpta tab. III. nec a quoquam vſquam huc vsque obſeruatum. p. 29.

Criſtae plumatiles e globo diametri $4\frac{1}{2}$ pollicum huius machinae continuo, tanquam radiorum fasciculi egredientes, tantae ſunt magnitudinis atque amplitudinis, quantae huc vſque nunquam ſunt animaduerſae, ita vt omnino dignae ſint, quae hic in tab. IV. eleganter et ſecundum formam naturalem ſculptae exhibeantur. p. 37.

Solius primi conductoris huius machinae ope *puluis pyrius* in ſpatio dimidio temporis minutorum primorum accendi poteſt. Praeterea quoque aliae res inflammabiles, e. g. *linteum aduſtum, reſinae, fungus igniarius, oleum oliuarum*, flammam capiunt. p. 55.

Eadem ratione ope vnius radii electrici ex conductore primo aurum laminatum craſſitiei vnius atque dimidiae lineae, longitudinis vero viginti pollicum, ſtatim funditur. p. 59.

Experimenta, quae nunc deſcribuntur docent, ope frictionis horum diſcorum copiam materiae electricae excitari poſſe longe maiorem, quam quae in conductore poſſit aſſeruari. p. 69.

Experimenta quoque cum lagenis Lugdunenſibus inſtituta omnia alia huc vſque cognita longe ſuperant. p. 77.

Magna huius machinae vis

vis apparet etiam ex effectu conductoris in corpo
quae radii electrici ob magnam eorundem dista
p. 89. tiam attingere non possunt. Causſas tantarum v
rium machinae huius electricae, maiorum adh
quam pro magnitudine ipsius machinae, neque
solis pulvinaribus peculiariter instructis, neque
sola discorum axi materiae electricae experte redd
ta, quaerendas esse, sed potius ipsi adhuc minus co
p. 91. gnitas esse auctor ingenue fatetur. Iam de vi ele
ctrica *negatiua*, ope huius machinae excitanda cu
positiua quidem comparanda et vix exspectanda.

P. II. *Pars* II. continet *experimenta, in vicinia cond*
p. 97. *ctorum* huius *machinae facta*. *Cap.* 1. *De vi huius machinae electricae positiua et negatiua in arteriarum ictus*. Quum variorum auctorum experimenta circa vires electricas cum corpore humano communicatas earundemque vim in sanguinis circuitum adeo inter se discrepent, vt alii pulsum valde acceleratum alii contra ea eundem parum vel prorsus non acceleratum inde inuenerint; alii contendant, vim electricam negatiuam retardare pulsum, positiuam vero accelerare; plurimi denique scriptores cum Cl. CAVALLO asserant, vim electricam, negatiuam non minus quam positiuam, in vniuersum pulsum reddere sextam partem acceleratum; operae pretium existimauit auctor, hanc rem ope insignis virtutis huius machinae disquirere atque examinare. Cuius rei causſa auctor vna cum aliis quibusdam viris, a timore prorsus alienis, tum ante tum post machinam in gyrum actam; arteriarum ictus obseruauit
p. 105. atque eosdem, vna cum temporis spatio, in peculiari tabula adnotauit, et cum ipsa quoque societate Teyleriana, tunc praesente, rem ipsam communicauit, inque aliis subiectis vtriusque sexus repetiit et
p. 109 in alia tabula quadam rursus exhibuit. Ex quibus omnibus auctor iure quidem suo concludere posse

vide-

ideatur, quum neque positiua neque negatiua huius machinae vis electrica insignem quandam in accelerando pulsu mutationem produxerit, vim electricam omnino esse paruam et fere nullam in sanguinis circuitum et arteriarum pulsus, omnemque obseruatam ab aliis acceleratam mutationem solam esse repetendam a vario variorum subiectorum timore atque ma- p. 111.
gna anxietate. *Cap. 2. De mutationibus, quas radii* p. 113.
electrici in variis aeris speciebus producunt. Experimenta in hanc rem facta sunt 1) cum *aere dephlogi-* p. 117.
sticato, et docuerunt obseruatores, hunc aerem nil phlogistici ex materia electrica in se suscepisse, praeter fortem quendam odorem, materiae electricae proprium. 2) Cum *aere nitroso*: qui non, nisi pa- p. 119.
rum imminutionis per radium electricum passus est. Commixtus hicce aer nitrosus electrisatus cum aere atmosphaerico, ope Eudiometri Cl. FONTANA, colore rubro prorsus non, vti alias solet, inficiebatur; aer nitrosus non, vti alias deminuebatur, nec vllam aeris atmosphaerici producebat deminutionem, odoreque suo nitroso prorsus erat orbatus, et videbatur esse, id quod ex candela accensa apparebat, aer phlogisticatus. 3) cum *aere inflammabili ex* disso- p. 121.
luto ferro: vbi per radium electricum acidi quid praecipitabatur, et color coeruleus plantarum in rubeum transmutabatur; ipse vero radius electricus per huncce aerem transiens apparebat coloris esse longe magis rubescentis, et quaquauersum debile quoddam lumen coeruleſcens de se emittebat, ita, vt in hocce aere ad minimum quadruplo maior atque amplior esse videretur, quam in aere atmosphaerico. 4) cum *aere inflammabili spiritus vini com-* p. 123.
mixto cum oleo vitrioli: cuius electrisati aeris portio quaedam accensa multo minoris fuit inflammabilitatis, quam idem ille aer non electrisatus. 5) cum p. 125.
aere fixo: cuius electrisati non, nisi parua quanti-

p. 127. tas ab aqua abſorbebatur. 6) cum *äere ex acido vitri-olico*: cuius electriſati vix octaua pars ab aqua ab-ſorbebatur; candela accenſa in eo reſtinguebatur odorisque vitriolici parum remanſerat. 7) cum äre *ex acido marino*: qui omnium maxime reſiſtebat ra-dio electrico tranſmittendo, ipſiuſque quantitas vix minimum quidem imminuebatur. Aquae impo-tus hicce aer electriſatus eadem celeritate abſorbe-
p. 129. batur, quam idem ille non electriſatus. 8) Eadem erat ratio *äeris ex ſpatho de Derbyſhire*, excepta ta-la reſiſtentia. 9) cum *äere alcalino*: qui ab aqua ab-ſorberi non poterat, et äeris inflammabilis ex fer-commixti cum multo aere atmoſphaerico, inſtar ac-cendebatur cum exploſione 10) *cum äere atmoſpha-rico*: qui electriſatus colorem coeruleum vegeta-lem cum pauca rubedine inficiebat. Et ex omni-bus cum eo inſtitutis experimentis apparebat äere-atmoſphaericum ex electrica materia phlogiſton in-
p. 135. ſe recepiſſe. *Cap.* 3 *Experimenta circa effectus fu-minis, quae ſimul docent, radios electricos proſilire, i-certis quibusdam caſibus, non minus promte in acu-*
p. 147 *nata corpora, quam in globoſa. Cap.* 4 *Varia phae-nomena, quae radius huius machinae exhibet, dum ca-tas quasdam ſuperficies, aut certa quaedam corpo-tranſit.* Experimenta facta ſunt cum *creta, ſacha-ro, ſpatho calcareo cryſtalliſato, quarzo arenoſo cry-ſtalliſato;* quae omnia veſtigia luminoſa et phos-phoreſcentia oſtenderunt.

P. III *Pars* III. continet *experimenta cum multis*
p. 155. *conſtructis lagenis electricis huius machinae op-inſtructis.* (groſſe geladene Batterie) *Cap.* I. *Deſcriptio conſtructionis harum lagenarum electri-carum, earundem inſtructionis atque exploſionis huiuſque magnae virtutis atque potentiae.* Magna haec lagenarum electricarum conſtructio conſtat ex nouem ordinibus, quorum quilibet continet 15 la-genas; totaque adeo haec conſtructio ex 135 lage-
nis

is conſtat. Magni exploſionis effectus fuerunt: p. 163
) fuſio ſuperficiei marginis lagenarum vitrearum;
i permeatus inter duas laminas eburneas, onera-
s duobus ponderibus, quorum quodlibet erat vnius
libræ, ita vt haec duo pondera attollerentur in alti-
dinem quatuor vel quinque circiter pollicum, vtra-
ue vero lamina eburnea in multas diſrumperetur
rticulas. 3) percuſſio et pertereb ratio per quatuor
apos chartae ſcriptoriae, e. ſ. p. *Cap.* 2. *Experi-* p. 169
enta circa communicationem et deſtructionem virtutis
gneticae, ope exploſionis conſtructarum harum la-
marum electricarum. Ex experimentis magni FRAN-
KLINI aliorumque Phyſicorum nonnulli concluſe-
unt, materiae electricae magnam eſſe vim in mate-
iam magneticam, adeoque magnam eſſe debere vtri-
usque analogiam Experimenta vero obſeruato-
um in hanc rem quum a ſe inuicem valde differant,
operae pretium exiſtimauit Cl. auctor examinare,
ium forte certi quid hac in re, ope maximae virtu-
is electricae, definiri poſſit. Ex omnibus vero au- p. 181.
ctoris noſtri experimentis, lectu atque intellectu di-
ſſimis, ſatis ſuperque apparet, materiam electri-
im, ratione quidem communicationis atque deſtru-
ctionis virtutis magneticae, eandem habere vim atque
exercere, quam omnes aliae cauſae, quae chalybis vel p. 183.
magnetis certum quendam tremorem efficiant. *Cap.*
3. *Experimenta circa reuiuificationem calcium metalli-*
carum. Experimentis pro reuiuificatione calcium
metallicarum iam a viris Cel. BECCARIA et Comite
de MILLY inſtitutis contradixerunt BRISSONVS et
CADET. Denuo vero ope huius machinae maxima
cum cautione facta experimenta ab auctore noſtro
et Cl. PAETS van TROOSTWYK, hanc rem, reuiuifica-
tionem ſcilicet calcium metallicarum, *minii*, *ceruſ-*
ſae, *calcis ſtanni*, *zinci*, *antimonii*, et *croci martis*,
extra omnem ponunt dubitationem, ſimulque pro-
bant: magnam eſſe materiae electricae atque phlo-

giſticae analogiam, et *materiam electricam vel ipſa eſſe materiam phlogiſticam, vel ſaltem magnam huius principii, phlogiſti ſcilicet, copiam in ſe continere.* Cap. 4. *Experimenta circa calcinationem variorum florum metallicorum.* Filum ferreum, huius machinae op. fuſum et calcinatum fuit diametri $\frac{1}{40}$ pollicis, longitudinis vero ſex pollicum. Fila plumbi et ſtanni eiusdem diametri, longitudinis vero 51 pollicum. Filum argenti et aurichalci minoris craſſitiei. Vb. inprimis hoc auctori vti admiratu digniſſimum, i. explicatu ſemper fuit difficillimum phaenomenon quod nimirum, quando digitum vel aliud quoddam corpus in diſtantia vnius aut duorum pollicum ap. propinquauerit nonnullis filamentis calciformibus ex fuſione iſta ortis et in äere volitantibus, eadem attracta fuerint, attractione vero facta, ſtatim ſeſe perquam celeriter retraxerint atque ſimul in duas pluresue particulas ſeſe diuiſerint; eadem vero fila menta ſemel repulſa, poſtea a quouis corpore ve. lentiſſime ſeſe appropinquante, ſemper fuerint re. pulſa. Alia filamenta ſtatim ab initio, nec antea a. quoquam corpore attracta, recedunt ſeſeque retra. hunt. Id quod repetitis vicibus ſemper et eadem ratione ita euenit.

Cont. I. p. VIII. Diligentiſſimus in experiundo auctor nondum omnia tum per ipſum facta, tum ab aliis communicata experimenta electrica in hoc volumine comprehendere potuit; quapropter in praefatione huius continuationis primae omnes huius generis Phyſicos inuitat, vt iudicia ſua et experimenta electrica, in hunc vel illum finem ope Machinae Teylerianae inſtituenda, cum ipſo auctore, breui et ita communicare velint, vt in ſequenti volumine eadem vna cum concluſionibus inde factis et propoſitorum experimentorum auctoribus impreſſa legi atque cum viris harum rerum peritis atque doctis publice communicari

mobicari possint. Id quod permultum sane face-
ret, ad omnem omnino scientiam physicam, electri-
cam inprimis, non tam ornandam, quam potius ad-
iuuandam atque in dies magis magisque augendam.
Recte enim auctor omnis veri rectique studiosissi-
mus, praefationem suam ita finit: *Quid verum* . . . p. X.
uro, et rogo, et omnis in hoc sum.

Pars I. continet *Experimenta cum constructis in-* P. I.
structisque lagenis vitreis ducentorum viginti quinque p. 2.
pedum quadratorum facta. Cap. 1. *Descriptio lage-*
narum ita constructarum instructarumque, una cum
experimentis earundem magnam vim demonstrantibus.
Lagenarum constructarum instructarumque ordini-
bus nouem in superiori volumine descriptis auctor
iam adiunxit adhuc sex ordines, quorum quilibet
item quindecim lagenas comprehendit, ita vt
nunc omnis haec lagenarum constructio constet ex
quindecim ordinibus, et quilibet ordo ex totidem p. 4.
lagenis quae simul sumtae faciunt 225 lagenas. Qua-
rum instructio cum materia electrica neque plus
temporis neque plures discorum rotationes exigit,
sed in eadem proportione temporis atque rotatio-
num maiores et multitudini lagenarum auctae pro- p. 10.
portionatos edit explosionis effectus, ita, vt filum
ferreum diametri $\frac{1}{40}$ pollicum, longitudinis vero 10
pollicum, fundat e. s. p. *Cap.* 2. *Experimenta circa* p. 16.
metallorum fusionem. Variorum metallorum fila ope
explosionis aequalis fundenda erant diametri $\frac{1}{32}$ pol-
lic. et fundebatur filum plumbi, longitudinis 120
pollic. filum stanni, longitudinis eiusdem; filum fer-
ri, longitudinis 5 pollic. filum auri, longitudinis
$3\frac{1}{2}$ pollic. fila argenti, cupri et aurichalci, longitudi-
nis vix $\frac{1}{4}$ pollic. fundebantur. Ex quo simul appa- p. 20.
ret longe aliam esse fusibilitatem metallorum per
fluidum electricum, quam quae sit per ignem, se-
cundum quidem calculum Academicorum Diuio-

nenſium, vbi omnia metalla ratione fuſibilitatis ſuae in igne differunt, et aurum quidem minorem ignis gradum exigit, quam cuprum et ferrum: quum contra eo in fluido electrico plumbum et ſtannum eiusdem ſint fuſibilitatis, ferrum vero maioris fuſibilitatis ſit quam aurum, imo maioris adhuc quam cu-
p. 28. prum. Ratione itaque fuſionis metallorum praeſuppoſita analogia fluidi electrici cum igne nulla eſt.
p. 30. *Ex his experimentis deducuntur iam inſtructiones pro conficiendis fulminis conductoribus.* Vbi demonſtratur ſub quibusnam conditionibus plumbum in hunc vſum adhiberi poſſit, pro praeſeruandis a fulmine aedificiis; pro praeſeruandis nauibus vero conduc-
p. 42. tores cuprei commendantur. *Cap.* 3. *Obſeruationes in fundendis diuerſis filis metallicis factae.* Vbi obſeruatum fuit, filorum metallicorum fuſorum diametros atque longitudines nullam habere ad ſe in-
p. 58. uicem relationem atque proportionem. Fila metallica, eiuſdem quamuis vbiuis craſſitiei, non niſi particulatim et in diuerſis locis fundi, fluidumque electricum in hanc magis partem quam in aliam vim ſuam exſerere, auctori videtur explicatu intellectu-
p. 64. que eſſe prorſus impoſſibile. *Cap.* 4. *Experimenta circa calcinationem metallorum.* Quae quidem abſque tabulis ſculptis, inprimis quoad inſignem colorum varietatem, intelligi penitus non poſſunt. *Plumbum* omnium metallorum calcinatu fuit facillimum, et pro diuerſis calcinationis gradibus diuer-
p. 68. ſos exhibet colores. *Stanni* calcinatio ſingularia
p. 76. prorſus exhibet phaenomena; eiusque materia calcinata, vitro vel ſtanno excepta, cinerei, charta vero excepta, flaui coloris eſt. Cuius quidem differentiae cauſſam rationemque nullam reddere poteſt auc-
p. 82. tor. Ferri calcinatio ſemper coniuncta eſt cum
p. 84. fumo craſſo. *Cuprum* vti omnium metallorum difficillime fundi, ita etiam omnium difficillime calci-

nari

ri poteſt. In quibusdam exemplis color flauus, in aliis color viridis, in plerisque vere brunneus color praedominabatur. *Aurichalci* calcinati fumus magis nigreſcit quam cupri, et colorum diuerſitas a diuerſo calcinationis gradu pendet. *Argenti* calcinatio difficilior eſt, quam plumbi et ſtanni. *Auum* huius calcinationis ope in ſubſtantiam ſiue calcem purpuream vertitur. Calcinationem quoque inſtituit cum partibus plumbi et ſtanni aequalibus inter ſe commixtis, quae magnam colorum differentiam exhibuit, ſimul cum ſpecie quadam florum ſulphuris ex *ſolfaterra*. Calcinatio cum inaequalibus horum metallorum partibus inſtituta eadem fere phaenomena exhibuit. Iam hanc metallorum calcinationem auctor, relicta hypotheſi *Stahliana* de phlogiſto, tanquam minus vera, ita explicat: vt nimirum conſiſtat in ſola vnione metallorum cum principio äeris puri, a LAVOISIERO *principe oxygine* dicto, quod metalla in momento calcinationis ex atmoſphaera attrahant, vti experimenta LAVOISIERI hoc ſatis ſuperque doceant. Pro varia vero huius äeris puri reſorpti copia, variam quoque eſſe colorum differentiam, id quod, ratione ferri, BERTHOLETI experimenta probent. Quantitatem vero huius principii reſorpti pendere a diuerſis ignitionis electricae gradibus. Denique etiam ſimilitudinem et analogiam calcinationis electricae magnam eſſe cum calcinatione ferri ope fulminis facta, id quod a nemine huc vsque fuerit adnotatum atque obſeruatum, niſi a FAUJAS DE ST. FOND, qui eiuſmodi calcinantis fulminis exemplum cum auctore noſtro communicauit. *Cap. 5. Experimenta circa calcinationem metallorum in variis äeris ſpeciebus.* In äere *phlogiſticato* neque plumbum, neque ſtannum, neque ferrum, calcinari potuit, ſed plumbum in tenuem puluerem, ſtannum vero et ferrum non niſi

p. 88.
p. 90.
p. 92.
p. 96.
p. 102.
p. 106.
p. 108.
p. 118.
p. 122.
p. 124.

in paruos globulos fuerunt redacta. Haec experimenta itaque demonſtrant, metalla neque exploſionis electricae ope, neque per ignem, neque denique in foco ſpeculi cauſtici calcinari poſſe, niſi accedat principium illud äeris puri ſeſeque cum me-
p. 126. tallo vniat. In äere *dephlogiſticato* plumbum reducebatur in calcem prorſus flauam, quem calcinationis gradum auctor in äere atmoſphaerico nunquam, quauis data ope a, obtinere potuit. Stannum vero, ferrum, cuprum, argentum et aurum nequaquam ad maiorem calcinationis gradum in äere puro perduci potuerunt, quam quidem in äere atmoſphae-
p. 130. rico. Ex his itaque experimentis apparet, metalla in vniuerſum (excepto ſolo plumbo) poſtquam certum quendam ignitionis gradum acquiſiuerint, eam, qua indiget ad calcinationem principii äeris puri quantitatem eadem quidem facilitate in äere atmoſphaerico abſorbere quam quidem in äere puro. In
p. 132. äere *nitroſo* calcinatio ſtanni et plumbi eadem ratione quam in äere atmoſphaerico et in aere puro fa-
p. 134. cta eſt. *Cap. 6 Experimenta circa calcinationem metallorum in aqua.* Ferrum et plumbum ſub iisdem fere phaenomenis calcinationem in aqua ſubierunt. Haec vero calcinatio metallorum in aqua cum hypotheſi *Stahliana* nullo modo conciliari poteſt; quoniam aqua vel prorſus non, vel non niſi difficillime phlogiſticam illam metallorum partem in ſe recipe-
p. 148. re poteſt. Quum contra ea ſecundum nouum calcinationis ſyſtema omnium optime concipi atque explicari poſſit; ex quo nimirum metallorum calcinatio in ſola cum principii äeris puri vnione conſiſtit, id quod facillime fieri poteſt in aqua, quoniam principium äeris puri pars vna conſtitutiua aquae, et cum ipſius altera parte conſtitutiua, principio nimi-
p. 150. rum äeris inflammabilis, combinata eſt. *Cap. 7. Experi-*

Experimenta, periculoſos iſtos effectus concernunt, quibus conductores nimium tenues, aut qui ex catenis confecti ſunt, occaſionem praebere poſſunt. Ex his experimentis deductae inſtructiones ad conſtruendos fulminis conductores. 1) Aedificium quoddam, aut nauis quaedam, conductore munita, non ſatis tuta eſt ab effectibus fulminis, conductorem tangentis, niſi conductor eiusmodi craſſitiei ſit, quae fuſionem aut ignitionem a fulmine impedire poſſit. 2) Catena ex plurimis fibulis atque articulationibus compoſita non in omnibus caſibus a fulminis effectibus aeque tuta eſt, ac conductor continuus, vel ex pauciori-bus partibus bene colligatus atque compoſitus. 3) Nunquam tuto collocatur conductor in murarium vel tignarium quoddam opus, quippe quod eiusmodi conductor a fulmine forte tactus fiſſuris atque ſciſſuris locum praeberet atque occaſionem. *Experimenta, quae demonſtrant, conductores ex cupro ſemper aliis ex aurichalco vel ex ferro eſſe praeferendos.* Si quis conſiderauerit, cuprum metallorum omnium minime eſſe fuſibile ope exploſionis electricae, perti ex experimentis ſuperioribus apparet, neceſſario inde ſequitur, cuprum inprimis aptum eſſe ad conductores fulminis. - *Cap. 8. Experimenta, ex quibus apparet, terrae motus, aquarumque agitationes interdum effectus electricae cuiusdam exploſionis eſſe poſſe.* Fluidum electricum dum ope cuiusdam exploſionis electricae naturalis verſus regionem quandam terreſtrem abducitur, quae minus aptum conductorem praebet, eadem ratione, qua artificialis eiusmodi exploſio, ope virium in hoc caſu a latere agentium, regionem iſtam terrenam ſuperius exſiſtentem eleuare, commouere et vna cum omnibus ſuper iſtam ſtructis et reperiundis rebus euertere prorſus

p. 158.

p. 160.

p. 162.

p. 164.

p. 168.

p. 170.

p. 176.

atque

atque deſtruere poteſt. Naues in mari eo ipſo momento, quo terrae motus accidit, eiusmodi violentiam perſentiscunt, ac ſi contra ſaxa agerentur; quae violentia explicari nequit, niſi praeſuppoſita exploſione quadam electrica naturali, verſus aquam, in qua nauis eiusmodi verſatur directa.

P. II. p. 180. *Pars* II. continet *experimenta ope conductorum huius machinae facta. Cap.* 1. *Experimenta, quae compoſitionem acidi nitroſi concernunt, ex commixtione aëris puri ſeu dephlogiſticati cum aëre phlogiſticato or-*

p. 192. *tam, ſecundum inuentionem* Cl. CAVENDISH. Quae quidem re ipſa cum *Cauendishianorum* experimentorum ſumma conueniunt atque docent, radium electricum efficere combinationem aëris puri cum aëre phlogiſticato, et ex hac commixtione produci acidum nitroſum; in eo vero a ſe inuicem differunt, quod ad ſaturationem lixiuii, a *Cavendishio* adhibiti, multo maior aëris abſorpti quantitas requiratur, quam quidem ſecundum ipſius deſcriptionem. Cuius quidem rei differentia quum forte in eo quaerenda ſit, quod auctor noſter aërem purum ex praecipitato rubro, vel ex minio adhibuerit. *Cauendish* vero ex puluere nigro ope agitationis mercurii cum plumbo ortum; cuius aëris producendi modum cum auctore noſtro communicandum CAVENDISHIVS recuſauit ideo, quod huius rei rationem in ſcripto quodam

p. 196. publico redditurus ſit. *Cap.* 2. *Continuatio experimentorum, circa mutationes iſtas quas variae aëris ſpecies ſubeunt, dum radiis electricis per aliquod tempus*

p. 200. *exponuntur.* Aër *purus* ſ *dephlogiſticatus* ex praecipitato rubro obtentus, ope radii electrici diſſoluebatur ex parte, nec quicquam acidi prodebat vitrioli, nec aceti ſaturni cum multa aqua commixtionem reddebat turbidam. Neque vero vlla inſignis differentia huius aëris puri electriſati eiuſdemque non electriſati, ope quidem Eudiometri, detegi potuit

tuit atque obſeruari. Aër *phlogiſticatus*, addito li- p. 206.
xiuio ſuperiori, non diminutus ſed potius auctus
erat; relictus vero hicce aër electriſatus in tubo in
diem vsque ſequentem, in tantum iterum imminu-
tus reperiebatur, in quantum antea fuerat auctus.
Aëris *nitroſi* electriſati ſuper lixiuium iſtud tres fere p. 208.
partes abſorbebantur, nec vlla differentia inter reſi-
duum et aerem atmoſphaericum eſſe videbatur. *Aër* p. 210.
inflammabilis ex diſſolutione ferri in acido vitriolico
productus, ſuper infuſionem heliotropii electriſa-
tus ne minimam quidem coloris infuſionis mutatio-
nem efficiebat. Super acetum ſaturni cum multa
aqua commixtum electriſatus hicce aër, inde qui-
dem aliquantum auctus, acetum tamen ſaturni ne
minimum quidem turbauerat adeoque acidi nihil
in ſe ſuſceperat. *Aër inflammabilis ex ſpiritu vini* p. 212.
cum oleo vitrioli, eadem ratione examinatus eodem
modo ſeſe habebat, omnemque perdiderat ſuam in-
flammabilitatem. Commixtus cum aëre nitroſo nul-
lam inde paſſus eſt diminutionem. Aër *alcalinus* p. 214.
ex ſpiritu ſalis ammoniaci ope caloris productus, au-
ctus a radio electrico, ab aqua non abſorbebatur et
ex parte erat inflammabilis: ſpiritus ſalis ammonia-
ci radii electrici ope inſignem aëris quantitatem por-
rigebat qui examinatus itidem erat inflammabilis,
nec multum eius abſorbebatur. Vt itaque aër al-
calinus tanquam alcali volatile ſub forma aëris con-
ſiderari poſſit, quum radius electricus ex vtroque
pari modo aërem producere poſſit inflammabilem.
Cap. 3. *Experimenta, quae meteora electrica quaedam* p. 218.
concernunt. Haec meteora electrica ſunt: duae nu-
bes artificiales, quarum altera poſitiue altera nega-
tiue fuit electriſata, in conclaui circumuolitantes,
eleuantes ſeſe, repellentes atque attrahentes tandem-
que deſcendentes. Ex quibus auctor explicari poſ- p. 222.
ſe exiſtimat 1) inſtantaneam ſaepius ſeparationem
vel

vel eleuationem nubium, tempeſtate oborta 2) Cur ſaepius multum pluuiae ſimul cum tempeſtate oriatur; quia nimirum imminuto ob perditam electricitatem in coniunctione nubium volumine, particulae aquoſae propius miscentur indeque grauiores redduntur, quam quae diutius in aëre detineri poſſint. 3) Cauſſa grandinis ex his experimentis reddi
p. 224 poteſt hoc modo: electrica facta nubes multo leuior redditur, adeoque eleuatur in atmoſphaera ad eam vsque altitudinem et regionem frigidam, vt aqueae guttae gelu indurentur, et ſub grandinis forma descendant. Tonationis et fulgurationis imitatio ope aëris inflammabilis cum aëre atmoſphae-
p. 226. rico commixtionis et per ſcintillam electricam accenſionis, indeque orta exploſione et diſruptione nubium.

p. 233. Appendix in ſola lingua belgica, qui continet adumbrationem ſyſtematis *Lavoiſieriani* de combinatione principii aëris puri cum plurimis ſubſtantiis, et ſimul rationes, cur auctor noſter hoc ſyſtema adoptauerit, atque hypotheſi *Stahlianae* de emiſſione phlogiſtici principii praeferendum putauerit.

In fine denique huius voluminis reperitur *ſupplementum deſcriptionis Machinae Electricae* *) in vtraque quidem lingua.

XIV.

Enumeratio lichenum iconibus et deſcriptionibus illuſtrata a GEORG. FRANC. HOFFMANN, Faſc. I. Lepra Verrucaria Tubercularia Scutellaria, Erlangae ſumtibus Wolfgangi Waltheri

*) Tranſuerſionem teutonicam curat Schwickertus Lipſ.

thri 1784. Faſc. II. 1785. Faſc. III. 1786. in 4to maiori cum Tabb. aeri inciſis XXII. pagg. 102.

Diligentiſſimi naturae ſcrutatores et potiſſimum Botanophili noſtris temporibus lichenum naturam, indolem atque differentias paulo ſtudioſius inquiſiuere, et praeprimis Cl. WILLEMET, mediens Nanceianus, virtutes quamplurimarum lichenum ſpecierum magna cum cura atque diligentia non tantum optime expoſuit, ſed etiam Cl. HOFFMANN ob hoc argumentum propoſitum ab Academia Lugdunenſi artium et ſcientiarum, bene et eleganter pertractatum anno praeterito praemiis ſunt ornati *). Igitur nos non mediocrem apud lectores noſtros inituros eſſe gratiam ſperauimus ſi etiam enumerationem lichenum a Cl. HOFFMANNO collectam, accuratiori ſubiiceremus examini.

Ordo autem primus ſiſtit *lichenes puluerulentos* Faſc. I.
eorumque ſynonyma, inter quos 1. locum obtinet p. 1.
lichen antiquitatis, cuius characteres, differentiae, varia nomina, locus natalis, et ſcriptores qui de eo commentati ſunt indicantur, atque hinc et illinc animaduerſiones adiiciuntur. Cruſta eius tenuis, atra, maculas in lapidibus efformat quaſi calamo ſcriptorio factas, irregulares confluentes, in humido nigerrimas, in ſicco nigricantes vel ſubcinereas. 2. *Lichen* p. 2.
flauus, qui colorem intra chartam ſeruatus quam diutiſſime retinere ſolet. Cruſta tenuiſſima flaua aut ſulphurea, late obducit ligna, trabes, ſepimenta, vento et aeri humido expoſita. In rupibus cruſta craſſior coloris citrini. Variat colore ochroleuco, ſuluo, demum vireſcente. 3. *Lichen luteſcens*, qui p. 3.
colorem perdit, deterſa ſiquidem farina fit albidus. Cruſta inaequalis, verrucoſa: verrucis ſubrotundis, nunc

*) Vide Comm. Noſtr. Vol. XXVIII., Pars IV. p. 701.

nunc maioribus, nunc minoribus, farina lutescente vel pallide sulphurea adspersis; demum confluenti-
P. 4. bus in crustam vniformem, rimosam. 4. *Lichen variegatus*, cui hoc proprium est, vt numquam superficie gaudeat laeui, et semper impressionibus perquam numerosis exaratus deprehendatur. Eminus carneus apparet, propius vero si adspiciatur, ex albo et carneo colore variegatus deprehenditur. Occupat semper in asseribus locos depressiores, et in linea recta longe aliquoties protenditur. 5. *Lichen rubens*, sub se simul lepram odoratam, et lepram putredinis comprehendens. Crusta puluerulenta, late sparsa, nunc crassior, nunc tenuior; colore pur-
P. 5 pureo, cinnabarino, aurantiaco. Humectata in recenti odorem saepe spargit radicis Iridis; admodum annosior vero cum colore vt plurimum amittit odorem. 6. *Lichen roseus*, glebulis paruis rotundis aut irregularibus pulcherrimis notatus, figura et colore floris cobalti puluerulentis; moleculis eiusdem formae ac puluеris saepe e lichenibus efflorescentis. 7. *Lichen botryoides*, variat potissimum glebulis minoribus, colore viuidiore. Crusta puluerulenta, granulata, in glomerulos aggregata, lapides et terram obducit colore viridissimo, in flauum saepius ver-
p. 6. gente. In humido crusta subaequalis; in sicco in are-
P. 7. olas polygonas seu rimas fissa. 8. *Lichen lacteus*, crusta muscos inuestiens, tenuis, alba, friabilis, conditurae sacchari non absimilis. In cortice crassior, mollis, farinacea, alba, calci illitae aemula. Haec crusta tamen humectata saepius viresci et digitis contrita nauseosum spargit odorem. 9. *Lichen incanus*. Crusta puluerulenta, farinacea, cinereo-albicans, saepe flauescens, mollissima, villis efflorescens, multis glebulis constans 10. *Lichen farinosus*. Crusta tenuis, candida, puluerulenta: puluere concolore vbique adsperſa, rimosa inaequalis. Glebulis subrotundis

vel

vel ouatis aggregatis ſeſſilibus. Maiores glebulae apice frequenter dehiſcunt et puluerem lacteum tenuiſſimum eiaculant. Circa rimas praeſertim aliae ſunt locatae cruſtae maiores, aceruatim poſitae, et filo araneoſo inter ſe iunctae, colore miniato 11. *Lichen tuberculoſus*. Cruſta tenax, verrucoſa, ſubcinerea: verrucis verſus centrum maioribus, orbiculata; margine cincta tenui, glabro, depreſſo, alinot lineas lato, e cinereo albicante, cortici tenaciter adhaerente; tuberculis, vnde nimirum ipſi nomen, minimis, copioſis, quae verrucis inſident, atque aggregatis, colore ceruino. 12. *Lichen ferrugineus*. Cruſta tenuis, puluerulenta; ſicca ſubcinerea; humida, ferruginea, demum craſſior rimoſa; in areolas angulatas vel ſubrotundas fiſſas. Inter tubercula glebulis paruulis paruis ſeſſilibus apice dehiſcentibus puluereмque album ſeu flaueſcentem emittentibus gaudet. Prioris varietas eſſe videtur ob conuenientiam quam in plurimis habet, ſed recte adhuc ſubius eſt Noſter, propter quaſdam differentias.

Ordo ſecundus complectitur *lichenes leproſos tuberculatos*. Igitur ſub cenſum venit 13. *Lichen rugoſus*. Cruſta tenuis, ſubuiridis, vel cinereo-albicans, maculis obducta nigerrimis, tranſuerſalibus, nubecularum modum expanſis, ſimplicibus vel confluentibus, latitudinis variae; tactu aſperis. Iunior lichen maculas tranſuerſales, ſimplices format, lineiſque tranſuerſis ad ſe inuicem quam proxime coniunctis apparet compoſitus. 14. *Lichen ſcriptus*. Cruſta tenuis, tenuis, albicans, cinerea, ex ſpadiceo fulua, ſubuiridis. Ex hac cruſta prodeunt lineolae nigrae, variegatae ac flexae, vel ſimplices, tenuiores, vel ramoſae craſſiores; curuae, furcatae, anguloſae, laxe cohaerentes; Sinenſium litteris non diſſimiles, cum aliis minoribus aggregatis. Omnes lineolae ab initio tuberculoſae conuexae, ſubrugoſae; dein medio depreſſae, marginibus tumidis ac depreſſis. Mul-

tas continet varietates diſtincte ſatis a noſtro propo-
ſitas, attamen vidimus ſaepius tubercula quam ma-
xime variare in vno eodemque ſpecimine. vnde co-
ligimus, et quidem non iniuria, praeter neceſſitate-
p. 13. a quibusdam multiplicari varietates. 15. *Lichen He-
braicus*. Cruſta tenuis, inaequalis, ſubrimoſa, alb-
cans. Lineolae atrae, breues, craſſae, vel ſimpli-
ces vel diuaricatae, ad angulum fere rectum diſſec-
tes. 16. *Lichen pulicaris*. Cruſta tenuis, inaequali-
ſubcinerea, e cinereo albicans. Tubercula oblong-
vel ſubouata, nigerrima conferta, pulicis fere ma-
p. 14. gnitudine. 17. *Lichen geographicus*. Cruſta late ex-
panſa, tenuis, atra, puluerulenta, obſita areolis fl-
uis, in humido e luteo vireſcentibus confertis, i-
varias figuras, triangulares, quadratas, rhombea-
polygonias, diſſectis, lineis punctiſque craſſioribu-
aterrimis varie percurſis, mappam geographica-
referens. Variabilem hanc plantam eſſe Noſtr-
perſpexit, ac cum eo conſentiunt omnes, quibus ea-
videre contigit in ſcopulis arenoſis arcis Regenſtei-
in ſchiſto prope Goslar, et in Bructero, vbi omni-
p. 16. ſaxa latiſſimis cruſtis obducit. 18. *Lichen pertuſ-*
Cruſta tenuis albicans, recens cinereo vireſcens, ſub-
rugoſa. Verrucae copioſae, confertae, glabrae, i-
aequales, concolores; ſubſtantia tenaci coriacea; v-
ſimplices globoſae, poro vno alteroue, vel conflu-
entes, pluribus punctis quaſi acicula pertuſae. Ben-
diſtinxit Auct. arboreum et ſaxatilem, hoc tantum
modo adiicimus, illum amare prae reliquis fagos a-
que tilias, et inprimis copioſe legitur in tiliis co-
p. 17. meterii Clauſthalienſis. 19. *Lichen colliculoſus*. Cru-
ſta tenuis, inaequalis, recens cinereo-vireſcens; fo-
ca ex viridi nigricans, abſque epidermide cortic-
vix ſeparanda, tuberculis innumeris obſita. 20. *Li-*
p. 18. *chen viridulus*, cruſta tenerrima, farinoſa, cinere-
vireſcens, tuberculis hemiſphaericis, viridibus. 21.

Lich-

Lichen fagineus, Cruſta ſemuncialis diametro orbicularis, alba tenax, tuberculis in medio nullis vel parum eminentibus: plures complectitur ſpecies. 22. *Lichen betulinus*. Cruſta primum tenuis, ſubrugoſa, p. 21.
rugis eleuatis verſus centrum radiantibus, orbiculata: margine cincta bicolori, repando exteriori ex glauco coeruleſcente, vel etiam cinereo anguſtiſſimo, ſubtiliſſime fimbriato, interiori glabro, colore lumbeo, alia ſaepe zona coloris dilutioris cincto, ſubtus granulato fibroſa. Tuberculum ſolitarium, centrale, hemiſphaericum, album, magnitudine ſeminis cannabis. 23. *Lichen candidus*, cruſta calcarea, mediocriter craſſa, lactea, orbiculata, margine ſtriata, dein late expanſa, margine euaneſcente. Tubercula numeroſa candida, maiora hemiſphaerica, albo puluere efflorescentia, minora conferta, ſubrotunda. Credidit A. illum conuenire cum lichene candido, qui copioſe ad rupes prope Elbingerode deſtructis muſcis inſtratus eſt, verum accuratius re perpenſa vidimus Elbingerodenſem differre quam maxime, habet enim cruſtam albiſſimam ſubtilissimam, et tubercula glauca caeruleſcentia. 24. *Lichen* p. 22.
cinereus, cruſta cinerea aut ſordide alba, rimoſa; rimis angulatis minutiſſimis, late expanſa. Tubercula puncta minuta, nigra. Margo cruſtae puluerulentus, niger eſt. Propter nominis affinitatem non debet confundi cum lichene canino cinereo, quem nos vidimus, quippe qui eſt coriaceus, reflexus, lobatus, obtuſus, planus, ſubtus venoſus, villoſus, pelta marginali adſcendente. 25, *Lichen fuſco ater*, quoad cruſtam ad lichenem antiquitatis, quoad tubercula vero ad rupeſtrem pertinere videtur, aut certe inter vtrumque vti nobis videtur, hermaphroditum conſtituit. 26. *Lichen niger*. Cruſta ſatis craſ- p. 23.
ſa, granulata, latiſſime expanſa; ſicca nigra, humida, aterrima, puluinata, tremelloſa, pannum ferri-

ceum referens, margo cruſtae depreſſior diſco. T
bercula conuexa atra, magnitudine ſeminis ſinap
27. *Lichen rupicola.* Cruſta lactea, tenuis ex orbic
lis conflata irregularibus, confertis, nunc ſimpli
bus, nunc confluentibus, depreſſis, planis, in hum
do ex glauco vireſcentibus, marginatis: margi
albo, ſpiraliter contorto, interiori eminente, diſc
nigro excauato, in humido conuexo, ſaepe oblit
rato, tuberculis complanatis. Aliam addidit var
tatem, cruſta albida rimoſa: rimulis minutiſſim
punctis pertuſis. Tubercula irregularia margina
margine vndulato, albido, diſco ceruino. Suſpic
tur neque ſine veri ſpecie mutationem ipſi ob aet
p. 24. tem contingere. 28. *Lichen immerſus.* Cruſta te
nuis, albicans, cinerea, etiam virideſcens. Tube
cula atra minuta, aequali fere magnitudine; lapi
immerſa, primum plana, dein conuexa, eaque e
lapide elapſa foueolas profundas, ſubrotundas reli
quunt. Addidit his varietates Scopoli quinque. 2
p. 25. *Lichen rupeſtris.* Cruſta vix conſpicua, aut null
Tubercula admodum ſeſſilia, parua, glabra, conu
xa, ſparſa vtplurimum, interdum confluentia. 3
Lichen Oederi. Cruſta tartarea, craſſiuſcula, ficca
modum rimoſa. Tubercula copioſa, cruſta innat
atra, humida maxime conuexa, eleuata, et ſplen
dentia, ſicca planiuſcula, abſque ſplendore. Cru
ſtae color varius, ad rubrum aliquatenus tendens
p. 27. 31. *Lichen graniformis.* Cruſta veluti eſt calcarea
ex minutis glomerulis compoſita, qui plerumque
dum in modum fibrarum lignearum, quibus inſi
dent, ordinati ſunt, lineas formant. Inter hae
granula pollinem antherarum magnitudine aequan
tia, hinc et inde tubercula parum maiora et atr
prominent. 32. *Lichen haemiſphaericus.* Cruſta le
tea laeuigata, tenuis, ex qua hinc et inde fine ord
ne tuberculi globoſi quaſi erumpere et cruſtam a
late

tera eleuare videntur, vt tantummodo hemiſphae-
ae atrae politae viſui pateant. 33. *Lichen ſanguina-*
ius. Cruſta in cortice tenuis, farinoſa, cinereo vi-
eſcens, vel cinerea, linea marginali nigra, repanda,
ranſuerſali ſepta, lineolis non raro aliis minoribus
in areolas ſubdiuiſa. Tubercula ab initio verae ſunt
entellae, nigrae, margine concolore tumido cincta,
einde maiora conuexa, carne nigreſcente nucleum
rugineum continente, repleta; in humido hemi-
haerica, in ſicco depreſſa, margine exili, tenui
incta: demum ſubrotunda, tuberculoſa, margine
bſoleto. In ligno putreſcente vel terra, cruſta
raſſior, verrucoſa, rimoſa, obſcure viridis. Tuber-
ula media hemiſphaerica, copioſa. In rupibus
ruſta tenuis, albicans, vel cinerea, rugoſa, deci-
ua. Tubercula ſparſa, ſolitaria puluinata, diffra-
a intus obſcure ſanguinea, nigra; linea margina-
is nulla. Seorſim et differentias reliquarum varie-
atum exhibuit, quas breuitatis cauſa praeterimus.
34. *Lichen confluens*. Cruſta craſſa, diffracta alba, p. 29.
a ſuperficie albida, ſed cum aliquo nigrore. Tu-
ercula aterrima, cruſtae immerſa, in iuniore aeta-
e puncta repraeſentant, mox maiuſcula fiunt, len-
s magnitudinem excedentia, conuexa, irregularia,
ndem confluunt, et ſaepius latas maculas effici-
unt, ita vt cruſta plane abſcondatur. Madida ni-
ent. Diffracta aterrima ſunt. 35. *Lichen alboater*. p. 30.
Cruſta tenuis, inaequalis, rimoſa; ſicca albicans;
umida exglauco vireſcens. Tubercula copioſa, con-
exa, in ſicco nigricantia, nebuloſa, in humido ni-
erima. Attamen pro aetatis ratione varia eſſe de-
prehenduntur. 36. *Lichen coeruleo nigricans*. Cru-
a granulata, coeruleſcens. Tubercula numeroſa
conuexa, atra. In quibusdam conuenit cum atro
lbo lichene, ita tamen vt eius differentia ſatis di-
ſtincte appareat. 37. *Lichen atro albus*. Cruſta atra, p. 31.

ſaepius euaneſcens. Tubercula conuexa, ſaepius margine crenulato cincta, congeſta alba, nitida, in adultioribus ſordide albeſcentia. 38. *Lichen calcareus*. Cruſta ſatis craſſa, candida, late expanſa; ſicca fragilis, rimoſa, dura, ſubaſpera; tartaro ſimilis; humectata flexilis, decidua. Tubercula ſparſa, ſolitaria, conuexa, magnitudine varia. 39. *Lichen muſcorum*. Cruſta parum cohaerens, farinoſa, byſſo incanae Linnei omnino ſimilis, colore pariter variante cinereo, aut ex cinereo vireſcenti. Tubercula in ſiccioribus interdum planiuſcula, alias conuexa, nitentia, atra, copioſa, magna, aetate ſaepius turbinata. 40. *Lichen ſulphureus*. Cruſta craſſa, gibba; inferior ſubaequalis, laeuis; pallide ſulphurea, demum albida; ſicca rimoſa, teſſellata, decidua; diffracta albida. Tubercula ab initio parua, copioſa, plana, a cruſta vix diſtinguenda; dein obſcuriora, nebuloſa, leuiter rufeſcentia; demum conuexa, prorumpentia atra, irregularia. A lichene ventoſo differt tuberculis nigris, a lichene calcareo, cruſta ſulphurea. 41. *Lichen vernalis*. Cruſta recens granuloſa, viridi ſordide flaueſcens; foliolis per lentem conſtans minimis, craſſiuſculis difformibus, abſque ordine ſtratis ac congeſtis; ſicca tenuis, puluerulenta, e cinereo albicans. Tubercula ſparſa, ſeſſilia, ſubſtantia fungoſa; iuniora ſphaerica vel ſubgloboſa, carnea, medio foueola depreſſa, dein planiuſcula, ferruginea ſubmarginata; demum maiora, conuexa, haemiſphaerica, aetate plana, inaequalia, fuſca. 42. *Lichen icmadophila* Cruſta granuloſa ex glauco viridescens. Tubercula copioſa ſeſſilia, fungoſa; initio parua, ſubſtipitata, pallide carnea; demum maiora conuexa, medio depreſſa; tandem plana, turbinata, vndulata, cinereo glauca. 43. *Lichen aeruginoſus*. Cruſta ſimilis gypſo inſtrato, lata, obſcure granuloſa, putridis lignis inſperſa. Tubercula mul-

p. 32. p. 33. p. 34. p. 35.

ta; iuniora punctula prominentia, quae ſenſim hemiſphaerica, dein conuexa ac denique plana fiunt et diſciformia. Scopoli quatuor eius varietates commemorat.

Ordo tertius. Lichenes leproſi tuberculis fungoſis, ſtipitatis. 44. *Lichen ſabuletorum* cruſta cinereo virescente, tuberculis nigerrimis. Tubercula ſtipitibus breuiſſimis inſident, et niſi attente examinentur, ſeſſilia eſſe videntur. A DILLENIO cum Lichene ſanguinario confunditur, licheni autem ericetorum magis affinis eſt. p. 36. 45. *Lichen bacomyces.* Cruſta inaequalis; ſicca albida, vel ſubcinerea; humectata rarius virideſcens; late ſparſa, ex multis conſtans glebulis ſubrotundis, albicantibus vel leuiſſime carneis. Tubercula copioſa, ſtipitata: ſtipitibus albis, ſubrugoſis, craſſiuſculis; conuexa glabra, puluinata, ſaepe irregularia, obtuſa, rotunda; colore conſtanter incarnato, intus alba celluloſa repleta. Iuniora cruſtae immerſae minima albida; dein exſurgentia ſubrotunda, pallide carnea, vmbilicata, demum maiora ſtipitata rubra; fungillis ſimilia; humida carnoſa, mollia; ſicca duriuſcula, ſtipiti adpreſſa. p. 37. 46. *Lichen fungiformis.* Cruſta tenuis glauco virescens, glebuloſa; humore irrigata virideſcens. Tubercula hinc inde ſparſa, licheni ericetorum minora; vel ſimplicia, vel in plura capitula diuiſa; ſicca, plana, fuſca; humectata aquoſe rubella, ſtipitata: ſtipitibus albidis, compreſſis, apice dilatatis. Duae ſunt eius varietates. p. 38. 47. *Lichen fuſcus.* Cruſta craſſiuſcula ex minutiſſimis conſtans foliolis, imbricatis, per lentem ſinuatis; ſupra virideſcentibus, ſubtus albidis. Tubercula ſtipitata: ſtipite laeui craſſiuſculo; ex pluribus capitulis fuſcis ſubrotundis compoſita. p. 39. 48. *Lichen paraſiticus.* Cruſta albicans vel ſubcinerea, ex minutiſſimis foliolis albidis puluerulentis compoſita; per lentem

tenuiſſime lobatis laciniatiſque petiolatis, erectiuſculis, globulis tectis farinaceis, deciduis. Tubercula conferta minima, carnea, demum fuſca; ſicca duriuſcula nigra; ſtipitata; ſtipite tereti compreſſiuſculo, ſubnudo; hinc inde foliolis adſperſo; apice ſaepe in duos treſue ramulos diuiſo. Aetate cruſta fit craſſior, foliola maiora, humectata molliſſima, ſicca duriuſcula, fragilia.

p. 40. *Ordo quartus. Lichenes leproſi ſcutellati.* 49. *Lichen corallinus.* Cruſta craſſa alba, late ſparſa, ſuperficie tuberculoſa inaequali, diffracta apparet ex paruis fruticulis congeſtis albidis compoſita, figura corallii; faſtigiatis, apicibus rotundatis, medio puncto nigro excauatis. Scutellae minimae oculo nudo vix conſpicuae, in apicibus ramulorum ſeſſiles con-

p. 41. colores; paululumque excauatae. 50. *Lichen ſcruposus.* Cruſta craſſa rimoſo verrucoſa; ſicca dura, humida flexilior; albida vel ex cinereo glauca. Scutellae copioſae, cruſtae immerſae, diſco excauato plumbeo; ſcutellae dein maiores planae, irregulares, diſco nigricante. Varietates et cruſta et ſcutellis agno-

p. 42. ſcuntur. 51. *Lichen tartareus.* Cruſta tenax craſſa, verrucoſa, puluerulenta, ex albido vireſcens. Scutellae numeroſae ex viridi flaueſcentes; margine cinctae albo; maiores rotundiores planae, flaueſcentes; demum fuſcae conuexae, margine obliterato. 52. *Lichen cruentus.* Latis cruſtis obducit ſaxa. Cruſta nitens, rimoſa, ex glebulis magnis, granuloſis conflata, recens flaua eſt, tamen cum aliquo virore, mox virideſcit, glauca fit, et tandem in vetuſtioribus albicans eſt, cui in adultioribus inprimis immiſcentur puncta nigra ſaepius eleuata, quae cum tuber-

p. 43. culis non confundenda. Tubercula e cruſta eleuata, irregularia, glaberrima, et nitida, iuniora parua ſunt, conuexa, nec tam euidenter marginata, margine flaueſcente aut albicante, integro; vetuſtiora

fuſca

fuſca euadunt, etiam interdum in medio deprimuntur, ita vt ſcutellarum faciem fere aſſumant. Diſſecta intus alba ſunt, cortice rubro. Cruſta a lapidibus abſciſſa, albiſſimum fundum habet, qui a lichenis prioribus annis putrefacti reliquiis ortus eſſe videtur. In vetuſtiſſimo ſtatu, cruſta in griſeam etiam atroniridem, et tubercula in atra, ſplendentia mutantur, vt tunc plantam vix agnoſcas. *L. ventoſus* varietatem huius conſtituit, qui tamen adhuc accuratius deſcribendus. 53. *L. ochroleucus*. Cruſta tenuis inaequalis ex albido vireſcens, etiam ex viridi luteſcens. Scutellae numeroſae planae, orbiculatae abſque margine prominulo, colore ſanguineo. Varietas habet ſcutella nuda ſeſſilia flaua. 54. *L. marmoreus*. Cruſta tenuiſſima inſeparabilis, in rupibus vix conſpicua, in virgultis fere nulla; ſubcinerea vel obſcure carnea; demum fuſca. Scutellae paruae urceolatae; diſco excauato carneo vel coccineo; margine puluerulento tumido, pallido. 55. *L. aurantiacus*. Cruſta tenuis, in cortice cinereo-albicans, in rupibus ex cinereo nigricans, ſaepe vix conſpicua. Scutellae numeroſae paruae; coloris aurantiaci; margine in iunioribus concolore, in maioribus diſco vix pallidiore. In aliis margo vndulatus, vel criſpus a compreſſione ſcutellarum. 56. *L. coeruleſcens*. Cruſta albida, vel ex cinereo glauca, tenuis, ſcutellis ſaepe tota obſita, exinde coeruleſcens. Scutellae copioſae paruae; diſco coeruleſcente, margine pallidiore; demum nigricante, margine obſcuro. 57. *L. rimoſus*, cruſtaceus albicans, fruſtulis ſubrotundo-angulis, ſcutellis glaucis albo-marginatis. 58. *L. minutiſſimus*, quem Noſter in Botanicorum indicibus, qui ipſi ad manus fuere, non inuenit. Cruſta eius ex albo in flauum tendit colorem, glabra, hinc et inde rimoſa et tenuiſſima eſt. Semper fere in oblongum ſerpit. Scutellae ex ea

p. 44.

p. 45.

p. 46.

quaſi tantummodo eminent, vt earum altitudo vix pili aequet craſſitudinem, et tam paruae ſunt, vt vix nudo oculo diſcernantur. Medium cruſtae praeprimis obtinent, interdum approximatae, interdum remotae conſpiciuntur. Sunt planae, omnino ſeſſiles et reſpectu diſci, qui apicem ſubtiliſſimae aciculae refert: margo earum mediocriter craſſus cre-
Faſc. II. ditur. 59. *L. buſſinus.* Cruſta puluerulenta, macu-
p. 47. las format fuſcoatras vel nigricantes, tenuiſſimas. Scutellae copioſae minutae, flauae. 60. *Peziziodes.* Cruſta glauca vel etiam nigreſcens, tenuiſſima, fugax. Scutellae confertae iuniores luteae, planae; adultiores e luteo fuſcae, vel e fuſco rubrae; margine in humido crenato pallidiore, in ſicco vix conſpicuo; diſco leuiter excauato nitido. 61. L. *excauatus.* Cruſta tenuiſſima ex cinereo viridis, demum nigreſcens, fugax. Scutellae ſparſae immerſae, excauatae; margine albo prominente, diſco albido
p. 48. vel nigreſcente. 62. L. *clauſus.* Cruſta tenuiſſima vix conſpicua, ſubcinerea, etiam albicans. Scutellae paruae, immerſae; iuniores apice clauſae; demum apertae, margine albido tenui inſtructae, diſco excauato, e luteo fuſco vel albeſcente. 63. L. *fuluus.* Cruſta annoſa per ſenium cineraſcens Tubercula ab initio margine eleuatiore pallidiore cir-
p. 49. cumdata, qui demum obliteratur. 64. L. *carpineus.* Cruſta tenuiſſima albida, vel e cinereo albicans, maculas format ſubrotundus, oblongas, ſaepe irregulares, latitudinis variae; ſaepe lineis nigris, repandis terminatas. Scutellae ſi adſunt, minutiſſime ſparſae, ab initio tuberculoſae, albidae, demum maiores expanſae; diſco albido, margine concolore niueo cinctae. Cauendum ne cum ſequenti confundatur. 65. L. *anguloſus.* Cruſta tenuiſſima alba. Scutella admodum conferta, e mutua preſſione ſaepius angulata, polline tenuiſſimo candido vndique conſp erſa,

ſperſa, margine in iunioribus ſubinde crenulato, in adultioribus ſenſim euaneſcente, vt, diſco eleuato, in tubercula abeant. Adultioris color in cinereum tranſire ſolet. Margo niger ſi adeſt, ad lichenem ſanguinarium potius pertinere videtur. 66. *L. palli-* p. 50.
dus. Cruſta craſſa, irregularis, albicans, in humido ſubcinerea, vel ex cinereo vireſcens; granuloſo-puluerulenta. Scutellae copioſae confertae, ſaepe compreſſae; iuniores albiſſima granula referunt, ab initio poro tenui rubello in medio notatae; demum maiores expanſae, diſco pallide rubro vel etiam carneo, in adultioribus ſaturatius tincto, colore quaſi boli armeniacae, at nunquam ſubfuſco; margine craſſiori, candidiſſimo, puluerulento, crenulato. 67.
L. ſubfuſcus. Cruſta ſatis craſſa, late expanſa, ſaepe p. 51.
in orbiculum congeſta, inaequalis, verrucoſa albicans, ex verrucis irregularibus puluerulentis denſe coagmentatis compoſita. Scutellae copioſae, verſus centrum confertae maiores; ab initio verrucoſae, puncto tantum fuſco in medio notatae; demum expanſae maiores; diſco fuſco ſubtumido, per lentem carnoſo inaequali, margine albido crenato, vndulato, irregulari inſtructae. Sex eius numerantur varietates. 68. *L. ater.* Cruſta craſſa verrucoſa, ſubri- p. 53.
noſa, inaequalis albicans. Scutellae numeroſae ſeſſiles; verſus centrum maiores, adproximatae. Iuniores ab initio verrucoſae minutiſſimae, puncto nigro in medio notatae, in cruſtam quaſi immerſae; dein eleuatae, vrceolatae, excauatae; diſco nigro, margine craſſiori albido; demum expanſae, amplae, ſeſſiles, diſco atro; humectato tumido, floccoſo, panno atro ſericeo, non diſſimili, inaequali; margine tenuiori, albicante, crenato, vndulato, a compreſſione ſcutellarum ſaepe angulato irregulari. 69.
L. parellus. Cruſta albida rugoſa: verrucis irregu- p. 55.
laribus confluentibus; diſſracta albida, madefacta

et

et contrita inter digitos rufeſcens. Scutellae numeroſae, confertae, iuniores globuloſae, apice vmbilicatae; cruſta concolores; dein maiores leniter excauatae, planiuſculae, diſco albido, in humido rufeſcente, margine glabro, inſigni, tumido conuexo, albido. In adultioribus diſcus magis excauatus irregularis, rugoſus vel etiam verrucoſus, margine
p. 56. plicato vndulato ſaepe obliteratus. 70. *L. androgynus.* Cruſta ex cinereo albicans, madefacta rubro colore tincta; verrucoſa, verrucis ſubrotundis, ſubgloboſis, integerrimis; dein puluere albido ſeu flaueſcente efflorescentibus; ſenſim maioribus congeſtis, in cruſtam craſſam, puluerulentam, inaequalem. Scutellae amplae, planae, diſco plano, demum conuexo, carneo, cinnabarino, pallido, aetate, e fuſco nigricante; carnoſo, excidente; margine albicante, ſubcrenato, puluerulento; iuniores ſcutellae tuberculoſae vel hemiſphaericae, diſco concauo pallide carneo, margine tumente, candido. Odor huius lichenis in recenti vt crepis foetidae, ſapor amaricans. Alia occurrunt ſpecimina mere tuberculoſa, ex verrucis informibus aggregatis, aceruatis compoſita. 71. *L. Vpſalienſis.* Cruſta puluerulenta, granulata, cohaerens ex cinereo albicans; a ſubiectis muſcis quos inueſtit, apparet conſtare ſetis rectis, albis, emarcidis, proſtratis, inaequalibus, confuſis, ſimpliciſſimis, fragiliſſimis, ſaepe pluribus baſi coalitis. Scutellae numeroſae, albidae, verſus mediam cruſtam confertae, maiores, feſſiles; iuniores granulatae, cruſta concolores, apice excauatae; demum expanſae maiores, diſco albido punctato, margine obtuſo concolore, diſco in altioribus conuexo, margine obliterato.

Ordo

Ordo quintus. Lichenes cruſtacei imbricati. 72. p. 57. *L. candelarius.* Cruſta lutea, ſicca puluerulenta, byſſo candelari admodum ſimilis, foliolis minutis imbricatis, varie laciniatis, verſus medium aceruatis, farinaceis; in media praeſertim cruſta locatae ſunt ſcutellae ſeſſiles, pleniſſimae, margine cruſta concolore tenui puluerulento, diſco ex viridi luteſcente plano, demum conuexo inſtructae. Prima in aetate orbiculos paruos ex minimis efformat foliolis, lobulis in tres plerumque lacinias obtuſas diuiſis, ſaepe ex viridi luteis. Aetate colorem eleganter flauum in croceum, vltimo fuſcum mutat. Specimina alia occurrunt ſcutellis plerumque deſtituta. 73. *L.* p. 59. *flaueſcens.* Habitus praecedentis, ſed cruſta orbicularis, rugoſa, vireſcens; ſcutellae fuſco-flaueſcentes, ſeu teſtaceo luteae, conuexae. 74. *L. geliḍus.* Cruſta foliacea, orbicularis, tam arcte ſaxis adnata, vt ſeparari nequeat, albida, longitudinaliter rugoſa. Florum peltae diſcum occupant, rufo teſtaceae, conuexae, multum eleuatae, radiato-plicatae, abſque vllo margine. 75. *Muſcus lentigerus.* Cruſta p. 60. candida, colore lacteo, nitore porcellaneo, madefacta leuiſſime ex cinereo vireſcens, praeſertim laciniae exteriores; terrae glebis vel muſcis, quibus innaſcitur arctiſſime adnata; ſubſtantia calcarea vel gypſea, ſatis craſſa, ſicca in puluerem album friabili; diſfracta etiam albida, humectata flexilis, pulpoſa, diſciſſa niuea et denſiſſima celluloſa apparet. Magnitudine variat. Folia frequenter imbricata ſaepe centrifuga, lobata; lobis laciniatis crenatis; laciniis obtuſis, medio depreſſis, margine prominulo cinctis. Scutellae ſeſſiles numeroſae, iuniores concauae, margine cruſta concolore, diſco ex cinereo luteſcente vel etiam obſcuriore inſtructae; adultiores planae tenuiori margine, demum conuexae, nullo exornatae margine, colore tunc carneo, ſtramineo

mineo flaueſcente vel pallidiori, omniſque cruſtae ſuperficies quaſi lentibus conſita videtur. Cruſta huius lichenis ita turbinata ſaepius occurrit, vt nul-
p. 61. la foliola diſtingui poſſint. 76. *L. candidus*, Cruſta albiſſima, ſcabriuſcula, in perfectis ſpeciminibus ſemper lobata, lobis prioris in modum crenatis, deſtructis muſcis arcte inſertis. Tubercula irregularia quae inſignem magnitudinem non acquirunt, nigra reuera ſunt, ſed tenuiſſimo puluere ſemper obducta, glauco caeruleſcentem colorem adipiſcun-
p. 62. tur. 77. *L. frigidus*. Cruſta craſſa, incipiente farinoſa, deinde verrucoſa, et demum fere fruticuloſa; humida gelatinoſa inſtar euadit, ſicca fragiliſſima. Peltae fruticulis teneris leuiter inſidentes, croceae vel teſtaceae, albo marginatae, crenulatae. 78. *L. radioſus*. Cruſta plerumque orbicularis, ſaepius late expanſa, obſcure cinerea, vel cinereo fuſca, foliolis conſtans tenuiſſimis, calcareis, varie lobatis; lobulis incifis obtuſis; radiantibus, arctiſſime lapidi adnatis, in prima aetate ad ſe appreſſis craſſiuſculis, in adultiore ſaepe vix diſtinguendis. Scutellae numeroſae minimae in ſicco fuſcae, humectatae; fuſco rubrae, albido-marginatae, in centro cruſtae approximatae, rimis cruſtae a ſe inuicem remotae, tum vel ſolitariae, vel plures cohaerentes in vno areolo
p. 63. apparent. 79. *L. miniatus*. Cruſta eleganter miniata, ſaxis arctiſſime adnata, ſparſa, vel in orbiculos paruos congeſta: ab initio ex meris ſcutellis miniatis et minutiſſimis foliis vix diſtinguendis, vel congeſtis, vel hinc inde ſparſis conflata videtur; poſt haec apparent foliola magis diſtincta, linearia, multifida, apice obtuſa, inciſa, appreſſa, rarius imbricata, in orbiculum paruum locata, baſi ſua a centro remota vt in medio ſpatiolum nudum relinquant. Scutellae margine concolore, miniato cinctae, planae, demum conuexae. Color foliorum ſaepe ex

rubro

rubro in flauum vel aurantiacum tendit. 80. *L. murorum.* Cruſta calcaria luteo vel aureo colore, foliolis conſtans in orbem expanſis minimis, dein maioribus craſſiuſculis, in ſicca durioribus, in humida pulpoſis; linearibus, conuexis, lobatis, obtuſiſſimis: lobulis apice incraſſatis arctiſſime adnatis; ſupra aureis, ſaepe ex luteo vireſcentibus, ſubtus albidis, rugoſis. Scutellae minimae fuluae, margi- p. 64.
ne tenui integerrimo concolore, diſco humido, conuexo obſcuriori vel ſordido inſtructae. Cruſta aetate magis expanſa, centrifuga vel etiam ſemicircularis occurrit. Differt a lichene parietino Lin. quia cruſtaceus rupeſtris eſt. 81. *L. muralis.* Cruſta orbicularis, vel ouata, quandoque irregularis, foliolis conſtat numeroſiſſimis, inuicem appreſſis, etiam imbricatis, ſaxis ligniſue arctiſſime adnatis, ſic vt niſi ſtruſtulatim poſſint abradi; anguſtis, linearibus, laciniatis, apice dilatatis, lobatis: lobis crenatis, bifidis, trifidis, rotundatis; colore in humido eglauco vel flauo vireſcente, in ſicco magis cinereo vel albido, apice leniter ſubfuſco, ſubtus et intus etiam albido; ſubſtantia craſſiuſcula calcaria. Scutellae numero- p. 65.
ſae paruae, verſus centrum ſaepe ita aceruatae vt puluillos quaſi plano conuexos forment: frequenter ſpatiola nuda in media cruſta relinquunt, quae foliola iuniora minima explent; ab initio orbiculatae concauae, diſco foliolis concolore, margine pallidiore, poſtea a mutua preſſione anguloſae inaequales, planiores, margine criſpo granulato cinctae; diſco in humido conuexae margineque tum plane obliterato, tubercula mentientes, demum in ſicco iterum ſubſidente, planiores; colore in ſaxis rufeſcente vel ſubfuſco. Saepiuſcule ſcutellae in foliaceam quaſi ſubſtantiam confluunt Planta emortua in ochroleucum et fuſcum tendit colorem. Varietas quaedam ex meris foliolis minimis et ſcutellis

inter-

intermixtis reperitur. §2. *L. caeſius.* Cruſta albido-cinerea ab initio conſtat foliolis multifidis ſublinearibus, cinereo albidis, laciniatis: laciniis diuaricatis apice inciſis; dein roſulae fiunt orbiculares, maiores, vnciales, biunciales diametro, foliola latiora, apice praeſertim, ſubconuexa, laciniata: laciniis diuaricatis; terminalibus faſtigiatis, truncatis, bifidis, trifidis, inciſis, crenatis, primum gibbis, poſtea ſubito inflexis; colore cinereo-albicante; extremae laciniae in dilute caeruleum tendunt colorem, ſubtus albicant, verſus marginem leuiter virescunt, radiculis minimis nigris, obſitae et arctiſſime ſaxis adnatae. Centrum cruſtae vbique copioſis tectum tuberculis, ſubrotundis, vel ex ſuperficie et margine, vel ex apice foliorum erumpentibus, puluerulentis, caeruleis, colore fere vt caeruleum montanum. Scutellae tuberculis hinc inde immixtae
p. 66. ſunt, ab initio minimae, concauae, cruſta concolores; adultiores nigricantes margine tenui cinctae; in humido ſubfuſcae, ſaepe a mutua preſſione irregulares, margine granulatae. Hic lichen humectatus colorem non mutat, inter digitos contritus virideſcit. §3. *L. granoſus.* Orbiculatus, cinereus, continuus rugoſus, ſegmentis in ambitu imbricatis, oblongis, varie flexuoſis, diuiſis, ſinuatis, crenatiſque. Scutella in diſco plurima, conferta, ſaepiuſque granulis minimis, punctatis, ſcutellorum rudimentis, diſtincta, margine crenato ſiue granoſo, diſco fuſco nigricante, ab initio pellicula cinerea tecto,
p. 67. qua abſcedente omnino nigricant. §4. *L. pallescens.* Cruſta ab initio in orbiculos paruos ſenſim maiores expanſa, rugoſa; rugis ex centro verſus peripheriam ductis; vbique puluere. cinereo-viridi, vel cinereo albido conſperſa; margine conſtat foliolis tenuiſſimis, albido-cinereis, multifidis: laciniis laciniatis, tenuiſſime crenulato-ſinuatis; in humido

ſubceruinis molliuſculis, in ſicco appreſſis; ſubtus cinereo-albidis, verſus apicem et foliorum marginem ſubfuſcis, radiculis breuiſſimis, apice ſaepe fiſſis, baſi nigricantibus, obſitis. Cruſta denique plane in puluerem reſoluta, inaequalis et gibboſa fit, rariſſime hinc inde ſcutellae circa marginem locatae ſubfuſcae proueniunt. Alia ſpecimina quoque ſunt nec ita puluerulenta, ſcutellis numeroſis obſita. 85. *L. orbicularis.* Cruſta ab initio in orbiculos expanſa, cortici appreſſos, tamen facile ſeparabiles, foliolis conſtat imbricatis, multifidis, apice obtuſis, bifidis, trifidis, crenulatis, ſupra in humido ſaturate viridibus, in ſicco cinereo-glaucis; e margine et centro foliorum prominent tubercula, quae polline, in humido ex viridi flaueſcente, in ſicco albicante efflorescunt. p. 68.

Ordo ſextus. Lichenes imbricati foliatei 86. *L. diffuſus.* Foliola linearia tenuiter diuiſa, laciniis linearibus huc illuc flexis; approximata, vel in orbem expanſa, vel hinc inde ſparſa; ſupra in humida ſordide viridia, per ſiccitatem cinereo-glauca, adultiora nigricantia, ſubtus nigra crebris cirris corticibus arborum arcte adnata. Scutellae ſuperficiei foliorum vel laciniarum margini innaſcuntur paruae, diſco fuſco pulloque, in ſicca nigricante, margine in recenti foliolis concolore, in ſicca planta cinereo-albido, integerrimo, inſtructae, cui externe cilia tenuiſſima, nigra, denſe in exteriori ſeu concaua ſcutellarum parte locata adnaſcuntur. Aliae ſunt huius lichenis varietates. 87. *L. diffuſus.* Foliola in roſulas orbiculares expanſa, denſe approximata, imbricata, tenaciter vbique adnata, anguſta, ſubconnexa, multifida, laciniata; laciniis apice dilatatis inciſis; ſupra conſtanter ex cinereo glauca vel albida ſubtus, albida vel fuſca, cirris breuiſſimis nigricantibus obſita; verſus centrum puluerulenta materia, ſordi- p. 69. p. 70.

dide fuſca, ita obducta, vt aegre laciniae foliorum diſtingui poſſint. In media fronde foliola plane deficiunt, et macula tantum nuda apparet. Scutellae ſi adſint, in margine frondis et foliorum ſuperficie locatae, paruae, orbiculares, planae, in diſco ex glauco fuſcae vel ſubfuſcae, margine foliolis concolores integer-
p. 71. rimae. 88. *L. ſtellaris.* Foliola in orbem ſtelliformiter diſpoſita ſunt, imbricata, approximata, varie laciniata, laciniis anguſtis conuexiuſculis, diuiſis, apice plerumque trifidis; in ſicca cinereo-albidis, in humida planta, ex cinereo viridibus, vel caeſiis, ſuperne glabra, inferne albida, verſus marginem leuiſſime nigricantia, radiculis albidis apice nigris fibris obſita. Scutellae verſus interiorem foliorum partem, copioſae, ab initio paruae, in ſuperficie foliorum vbique erumpentes, ſubrotundae, in medio quaſi aciculа perforatae; poſtea vero augentur, et diſcus ex cinereo nigreſcens, margine foliolis concoloreen-
p. 73. ctus. Gaudet quoque varietatibus. 89 *L. ſtellariformis.* Foliola in orbem diſpoſita laciniata: laciniis apice dilatatis, lobatis, inciſis, crenatis, complanatis; ſuperne cinereo albida, inferne leuiſſime fuſca, radiculis copioſis, nigricantibus obſita. Scutellae, quae in media foliorum parte proueniunt maiores ſunt, minores circa extremitates diſtributae, diſco fuſco, margine integerrimo albido, inſtructae; illae fuſco-
p. 74. nigricantes, margine tenui albido cinctae. 90. *L. fuſcus.* Folia numeroſa denſe imbricata et implexa, anguſta, laciniata: laciniis conuexis apice deflexis; ſuperne glabra, fuſca, inferne obſolete albicantia, crebris radiculis nigris per margines et e medica inferiore parte demiſſis, in cruſta atra fibroſa e cinere putridis conflata radicatis, nec facile ab ea ſine ruptura liberandis. Scutellae planae in ſicca nigricantes, tenui margine albicante criſpo cinctae, humidae e nigro fuſcae, prominentes marginemque te-

gentes.

gentes. 91. *L. rigidus.* Foliolis conſtat ſiue ex vno omnia centro ſiue ex pluribus contiguis abeant, ceſpitoſis, arbuſculas aut cauliculos ramuloſos repraeſentantes, vix dimidium pollicem ſuperantibus, teretibus, nonnihil compreſſis, inordinate ramuloſis, ramis breuiſſimis, glabris, nitentibus, ſupra infraque terrimis, ſubſtantiae intrinſece niueae, procumbentibus, ſuper ſe inuicem imbricatis, exacte aut minus exacte centrifugis. Scutellae, dum adſunt, hemiſphaerico-concauae ſunt, ſeſſiles, pariter atrae et nitentes. 92. *L. Stygiis.* Foliola late ſparſa, denſe congeſta et imbricata, lineari-multifida dichotoma, apicem verſus laciniata, palmata, recurua; laciniis extremis bifidis, obtuſis, vel in breues radiculas attenuatis; ſupra glabra ex bruneo atra, ſubtus medium verſus atra, extremitatibus foliorum ex nigro fuſcis. Scutellae copioſae orbiculatae foliis concolores, ab initio concauae, margine obtuſo crenulato cinctae, demum ampliſſimae, diſco plano, margine inciſo crenulato vel lobato inſtructae, diſco concolore ſubtus pallidiore. 93. *L. pulverulentus.* Foliola imbricata approximata in orbem expanſa, ſublinearia multifida, bifida, trifida apice obtuſa, crenulata, margine primum depreſſa dein eleuata. Quoad aetatem variant. Scutellae in ſuperficie foliorum vt tubercula vel granula minima margine inuoluta propullulant, in medio copioſe congeſtae, cancrorum calculis ſimiles, foliolis primum concolores, diſco farina cinerea obducto, margine concolore, craſſo, obtuſo, aequali cinctae, poſtea farina ſecedente nigrae, margine tenuiori, crenato, criſpato, irregulari, angulato aut compreſſo inſtructae. Varietates quoque habet. 94. *L. angu-*

p. 75.

p. 76.

p. 78.

ſtatus. Foliola diffuſa, abſque ordine imbricata, anguſta, linearia, diuaricata, apice bifida vel crenata, obtuſa, cinereo fuſca, ſubtus nigris radiculis margine prominentibus denſe obſita; margine albida. Scu-

tellae nullae, ſed eorum loco in foliorum ſuperficie puncta nigricantia in medio perforata prominent. 95. *L. centrifugus.* Foliola in orbem diſpoſita, imbricata, orbiculum plerumque efformant tres quatuor vncias in diametro latum, laxe ſaxis adnatum; ex centro ad peripheriam ſenſim latiora ducta; interiora centrifuga, linearia, laciniata, laciniis anguſtioribus; exteriora latiora, multifida, laciniis ambitum inaequaliter crenatis obtuſis, margine paulum deflexis; ſuperne ſubrugoſa, colore ex viridi et ſulphureo cum cinereo mixta in ſicca magis virescente, etiam albido vel glauco; glabra quidem, ſed punctis nigricantibus in ſuperficie hinc inde conſperſa, quibus alia obſcure vel ex cinereo virentia ita copioſe immixta ſunt tubercula, vt tota interior lichenis pars, circa ſcutellas praeſertim ex innumeris villis ramoſis, puluerulentis conſtare videatur. Scutellae concauae numeroſae, denſe tamen verſus
p. 80. centrum congeſtae. Varietates ſuas habet. 96. *L. Fahlunenſis.* Folia late et varia forma magis tamen in rotundam expanſa, arcte imbricata et implexa, multifida, dichotoma, laciniata: laciniis crenulatis, criſpis, acutis in maioribus et extremis foliolis obtuſis, margine eleuata, colore ſuperius in humecto lichene ſordide viridi vel fuſco, in ſicco caſtaneo, demum nigro, nitido; ſubtus foliola extremitate ſua caſtanea, in medio nigra. Scutellae terminales, ab initio orbiculares concauae, margine tenui crenulato cinctae, maiores ſemunciam non raro latae, planae peltarum in modum, denique conuexae, inciſae margine irregulari et incerta figura, plicatae
p. 82. in diſco, cuius color ex caſtaneo niger. 97. *L. langinoſus.* Foliola in orbem expanſa, lobata multifida, obtuſa planiuſcula, ceruino, in ſicco glauco vel albido colore, nigredine tomenti tranſparente; laciniae vndique liberae et erectae, farina cinerea

adſper-

adſperſae. Foliola ſubtus denſa lanugine atra obducta, qua muſcis ſubſtratis et rupibus praeſertim adnaſci ſolent. Scutellae paruae rariores, diſco ruſeſcente, margine albido farinaceo cinctae. 98. *L.* p. 83. *ſaxatilis.* Iunior l. in orbem ſemiuncialem, aut uncialem expanſus, foliis breuibus laciniatis, adultior lichen ſenſim vel rotunde vel irregulariter expanditur, latitudine ſaepe palmari, foliolis cohaerentibus longioribus, laciniis vel imbricatis, vel hinc inde ſine ordine ſparſis. Tota foliorum ſuperficies rugis et lacunulis valde inaequalis et ſcabra fit, lineolis farinoſis etiam percurſa, praeſertim circa lacunulas. Scutellae paruae ſubrotundae, ab initio margine introflexo, dein maiores irregulares, tenui margine cinctae, magis planae, externe lacunoſae, interne ex viridi glauceſcentes, cum foliis concolores. Huic quoque ſunt ſuae varietates. 99. *L. oliuaceus.* p. 86. Foliola in orbem expanſa, imbricata, ſublobata, craſſiuſcula, lobulis obtuſis ſinuato-crenatis, margine vndique liberis, in medio rugoſis: rugis a centro ad peripheriam ductis, puluerulentis; in humido, ſupra e fuſco viridi flaueſcentibus ſeu oliuae conditae coloris, in ſicco obſcurioribus, e viridi pullis, vel in adultioribus ex fuſco nigricantibus, ſaepe nitentibus, ſubtus e fuſco albida, margine praeſertim, in medio carbonaria, radiculis breuiſſimis nigris, ſimplicibus obſita. Scutellae rariores hinc inde ſparſae, circinatae rotunditatis, concauae margine crenulatae concolore, diſco oliuaceo etiam ſaturatiori. Neque in hoc deſunt varietates. 100. *L. parietinus.* p. 89. Foliola roſacee expanſa, imbricata, criſpa, lobata, plicato-vndulata; exteriora latiora cortici adpreſſa, margine laciniata rotunde crenata; colore ſuperne ex luteo vireſcente, flauo, aureo, vel fuluo, ſenio confecta ſordide albido; in medio foliola denſe congeſta, criſpa, erectiuſcula, vel rugoſa, rugis radia-

tis eleuatis; inferne albida, margine luteo colore tincta, rugoſa, breuiſſimis radiculis fungoſis, albidis, craſſis, apice truncatis latioribus, fuſcis, cortici arcte adnata. Scutellae copioſae ſeſſiles, vel breuiter pedunculatae, in centro maiores aceruatae, demum irregulares; rotundae, orbiculatae, in humido planiuſculae, in ſicco leniter concauae, margine foliis concolore tenui cinctae, aut pallidiore, diſco inſtructae, eiuſdem cum foliis coloris vel ſaturatioris fului. Etiam hic ſuas habet varietates. 101.
p. 91. *L. craſſus.* Folia vel rotunde vel irregulariter expanſa, imbricata breuiſſima, rotunde lobata, obtuſe crenulata, per marginem craſſiora et ſaepius incana; ſubſtantia robuſta alba, ad ſemilineam craſſa per humiditatem molliora, ſuperne ex glauco vel luteo vireſcentia, ſubtus nigricantia vel violata albida, fungoſa ſua natura terrae vel lapidibus arctiſſime adnata. Scutellae copioſae in centro ceſpitis, ab initio orbiculatae, margine tumido albido, obtuſo, cinctae. Singulae ſcutellae, exemtae foliolo
p. 92. inſident. 102. *L. acetabulum.* Foliola vel in ouatam vel inaequalem ceſpitem expanſa, palmari circiter ambitu, imbricata, plicato-lobata; lobis obtuſis crenatis, liberis, erectiuſculis, exteriora latiora, interiora minora, congeſta, glabra, tranſuerſim rugoſa; colore in recenti deſuper e luteo vel cinereo viridi, ſaepius humectata oliuaceo, in ſicca obſcure plumbeo, vel glauco viridi, margine adſcendente badio. Subſtantia pallide carnea vel albida, modice robuſta. Scutellae ab initio minimae, perforatae quaſi, vel profundiſſime excauatae, margine craſſo truncato, duplici, concolore cinctae, maiores ſubpedunculatae ventricoſae excauatae, acetabuli inſtar, externe rugoſae, colore foliorum vel pallidiore, margine exteriori membranaceo rugoſo, praeputii inſtar
p. 94. exſtante, interiori criſpo tenuiori. 103. *L. caperatus.*

Folia

Folia in orbem expansa ab vnciali ad pedalem vsque latitudinem, in centro in modum intestinorum collecta et plicata, ambitu lobata, plicato vndulata, saepius imbricata, lobis sinuato-laciniatis subrotundis, extremis latioribus, sinuato crenatis, minoribus deflexis, superne glabris, quidem, sed rugis oblongis et obliquis puluerulentis vel granulosis inaequalibus, praesertim per mediam crustam, vbi crassiores et magis verrucosae esse solent. Scutellae per mediam frondem dispersae, ab initio orbiculares concolores, dein satis amplae concauae, extus conuexae puluerulentae, foliorum colore, intus purpurascentes, vel e carneo rufescentes, margine tunc tenui vndulato, saepe verrucoso et puluerulento cinctae, eleuatae veluti pedunculatae. 104. *L. tiliaceus.* Foliola frondis eleganter rotunde et late expansa, imbricata, lobata: lobis laciniatis sinuato crenatis, extremis latioribus, rotundis, interius angustioribus, bifidis, trifidisque; in medio cespite foliola rugosa, in superficie varie depressa et plicata colore cinereo albido vel albido glauco, furfure vel puluere concolore vbique conspersa, centrum praesertim furfure cinereo demum sordide fusco paene totum obtectum. Extimae foliorum laciniae glabrae sunt, paulo vero interius saepiuscule furfure illo glomerato obductae. Superficies foliorum saepe punctulis minutissimis nigris hinc inde excauata apparet. Scutellae in plantis puluerulentis, rariores sunt, subrotundae, leniter excauatae, viresentes irrigatae, subfuscae in siccitate, margine tenui foliis concolore circumfusae. Cum aliis non debet confundi. p. 96. 105. *L. glaucus.* Foliola frondis late expansa, vel ex communi origine, vel ex pluribus foliolis conflata proueniunt; vbique adpressa, et cortici nequiter adnata, arcte inter se complicata, margine lobata adscendentia, varieque laciniata, recuruata, plicata, replicata, in me- p. 97.

dia fronde praecipue criſpa, tumidoque puluerulento margine circumdata; ſuperne glabra, laeui cum ſplendore quaſi gummeo; colore ex glauco caneſcente, vel albido; per marginem folia frequenter colore fuſco vel oliuaceo-ymbrino tincta ſunt; in aliis ex vireſcenti cinereo, per ſiccitatem albido. Scutellas nondum Auctor Cel. ſe obſeruaſſe profitetur, quas alii concauas, extus cinereas intus fuſcas vel rubras interdum ſubſtipitatas eſſe perhibuere. Attamen non debet confundi cum Lichene perlato. Aliquas quoque huius lichenis collegit
p. 100. Noſter varietates. 106. *L. Iaponicus.* Folia imbricata, oblonga, inciſo-lobata, farinacea, margine tenuiſſime criſpa, ſubtus venoſo-villoſa. Affinis licheni glauco, ſed ſubtus non glaber, verum tomentoſus et radiculis ramoſis. 107. *L. ſquamoſus*, cuius deſcriptionem DILLENIVS ſuppeditauit, qui tamen eum tantummodo ſiccum vidit. Prorſus ſingulari diligentia N. in concinnanda hiſtoria lichenum verſatus eſt, et optimos quoſque ſcriptores, Hallerum, Scopoli, Linneum, Schreberum, Pollichium, Oederum, Micheliuum, Leers, Neckium alioſque ſequutus eſt, et in eo multus fuit, vt omnia faceret exacte, quae huic libro amicos conciliare poſſent quamplurimos.

XV.

Opuſcula medica. Scripſit et collegit ERN. GODOFR. BALDINGER — Gottingae, apud Io. Chriſt. Dieterich. 1787. 8. pagg. 280 abſque praefatione

Sunt, ſi adiunctam in fine orationem in laudes HALLERI excipias, programmata Gottingenſia, eo diſpoſita ordine, quo antea in publicum prodierant.

I. D

1. *De iis quae hoc ſaeculo inuenta in arte medica*, ad p. 1.
auſpicia muneris academici 1773. Concinne vti ſolet, comparat Ill. Auctor inuenta recentiorum cum doctrina veterum, cuius nimium hodie neglectum iure ſuo queritur, hiſque multa vindicat, quae recentior aetas ſibi arrogare viſa eſt. Nec tamen vere noua inuenta recentiorum reticet: dyſenteriae meliorem medendi rationem, clyſterum vſum copioſiorem, variolarum curam, etiam inſitionem, aliorum morborum exanthematicorum, quae cum febre ſunt, ſtudium exactius, corticis peruuiani liberaliorem vſum, inuenta Pringliana in antiſepticis, vermium accuratiorem diſquiſitionem, iatromathematicorum ſomnia deuicta, potiſſimum declarata et clariori luci expoſita vi vitali, emendatamque inde GAVRIO pathologiam, TISSOTI merita in declarandis apoplexia, variolis, hydrope, recentiorum anatomicorum merita, ſyſtemata morborum, deſcriptiones epidemiarum ſingulariumque morborum; paucis dein incrementa hiſtoriae naturalis, rei medicamentariae etc. Quae omnia ſpeciminis tantum loco eſſe voluit conſcribendae, quam pollicetur, hiſtoriae medicinae ſaeculi decimi octaui, quam auide neminem non exſpectare plane confidimus, quum vel his vltimis luſtris quantum acceſſerit, quae mutationes factae ſint, neminem fugiat.

2. *De optima medicamentorum mixtione*, 1775. p. 32.
Cauſſas peruerſae compoſitionis medicamentorum has allegat Ill. Auctor: ridiculam maiorum ac praeceptorum veneration em; nimium elegantiae in formulis concinnandis ſtudium; hypotheſes falſas; male in ſcholis a tironibus intellectam doctrinam de formulis ſcribendis. Indicatis iam exempli loco quibuſdam formulis, quamquam ſatis communibus, ineptis tamen, alias complures indicat et ab aliis et a ſe ipſo vſurpari ſolitas, quas tamen nunc adducere a

breuitate noſtra alienum eſt. Vnum hoc monemus, laudatae diſſertationis de medicamentorum contrariorum compoſitione (Lipſ. 1758). auctorem non fuiſſe b. LVDWIGIVM, ſed Cl. BÜRKNERVM, quod ſaepe ex illius ore nos audiiſſe meminimus, et ipſi hi commentarii teſtantur *).

p. 63. 3. *Veſtigia irritabilitatis Hallerianae, in posterum monimentis, exemplo calidi innati*, 1775. Praemiſſo indice ſcriptorum, qui vel ex inſtituto de calido innato integros tractatus ſcripſere, vel idem argumentum cum aliis coniunctim pertractauere, elegantem comparationem dogmatum veterum cum doctrina HALLERI de irritabilitate inſtituit. Ill. Auctor, et magni ſane pretii partem hiſtoriae medicinae, qualem per omnes partes abſolutam diu deſideraſſe et hucdum deſideramus, exhibens. Sicut autem HARVEVS omnium conſenſu inuentor doctrinae de circuitu ſanguinis, ſic HALLERVS irritabilitatis habendus eſt. Exhibet igitur programma.

p. 95. 4. *Vindiciae irritabilitatis Hallerianae*, eodem anno. Praemiſſis additamentis nonnullis ad prius opuſculum, demonſtrat, HALLERO demum deberi determinationem irritabilitatis in fibra muſculari ſola poſitae, abſque acceſſione neruorum, quam quidem vim contra obiectiones quaſdam defendit, muſculiſque ſolis competere euincit.

p. 114. 5. *Malignitas in morbis, ex mente Hippocratis, per recentiorum irritabilitatem et ſenſibilitatem illuſtrata*, rurſus eodem anno. Febris malignae gradus ac ſymptomata ab Hippocrate enarrata. Eiuſdem a febre putrida diuerſitas. Ne ipſam quidem hydrophobiam forſan Hippocratem latuiſſe. Cauſſam malignitatis febrium hucdum latere, nec forſan vnquam detectum iri: vero ſimile autem videri, eam, quum

*) Vol. XX. p. 184.

quum proſtratione virium vitalium inprimis ſe prodat, in irritabilitate ac ſenſibilitate ſuppreſſis ponendam eſſe.

6. *Veſtigia irritabilitatis in veterum monimentis, ſuper omiſſa*, 1778. De temperamentis inprimis, deque diuerſo irritabilitatis gradu diuerſis partibus proprio. p. 138.

7. *Succincta narratio hiſtorica, de magnetis viribus ad morbos ſanandos*, 1778. Hiſtoria tantum, vti vel titulus docet, a primis inde, quibus magnes notus fuit, ad noſtra vſque tempora, paucis ſubiunctis indiciis. p. 149.

8. *De abuſu ſanguinis miſſionis in variis morbis*, 1778. Noxae eius in plethora ſpuria, in haemorrhagiis a ſpaſmo excitatis, in morbis a ſaburra primarum viarum, bilioſis, verminoſis cet. vt et nimiae in ipſa vera pleuritide. p. 157.

9. *Gonorrhoeae ab amore meretricio virus venereum defenſum*, 1778. Sententiam, hunc morbum non deberi contagio venereo, acriori calamo perſtringit Ill. Auctor, vti idem poſtea inprimis contra Cl. RODE factum eſſe notiſſimum eſt. Iuſtam ſibi eſſe ſuſpicionem, in morbis arthriticis miaſma luis non prorſus extinctum cauſſam eſſe: ſe ſola potione Swieteniana omnis generis morbos perſanaſſe cet. p. 165.

10. *De oculorum morbis, ſine ophthalmicis ſanandis*, 1778. Vitia nerui optici et retinae ab apoplexia, paralyſi, diffracto cranio cet. miaſmata retropulſa a plica abſciſſa, ſcabie, lue venerea; metaſtaſis a variolis et morbillis, a dyſuria ſenili, ſcrophulis; venena, ſaburra primarum viarum, vermes; hypochondriaſis et hyſteria; haemorrhoides et menſium vitia; epilepſia, hemicrania, rheumatiſmus; debilitas viſus et amauroſis a partu. p. 177.

11. *Epi-*

p. 187. 11. *Epitome neurologiae phyſiologico-pathologicae*, 1778. De cognitione cerebri et neruorum, qua veteres gauiſi ſint, cuique in eſſentialibus parum acceſſerit temporibus recentioribus. Functiones harum partium aeque cognitas fuiſſe veteribus, ac nobis. Id tantum noſtro aeuo deberi, vt affectus deuteropathicos a morbis infimi ventris oriundos curatius diſtinxerit. De vanitate nimiae ſubdiuiſionis morborum cet.

p. 200. 12. *Alexiteria et alexipharmaca contra diabolum*, 1778, ad diſp. Cl. PUNDT de aſſa foetida. Primo quaedam in laudes huius remedii; dein auctorum quorumdam ſuper remediis aduerſus incantationes mentio; tum vberior recenſio horum remediorum, nullo quidem, vt nobis videtur, ſeruato ordine, vbi ſimul verae eorum vires explicantur et ad ſaniora principia reducuntur, quod tamen non aeque in omnibus fieri potuiſſe, docent taxus, adianthum aureum, bufo. Vtilitas remediorum, interno alias vſui dicatorum, exterius corpori applicatorum, a recentioribus commendata.

p. 214. 13. *Animaduerſionum in ſyſtemata noſologiae ſpecimen I.* 1778. Commentatio ſimplicitatis Hippocraticae in ordinandis morborum generibus. Mutationes poſt eum ſenſim factae. Laudes bb. HEBENSTREITII et MANGOLDI ante diuulgatum opus celebratiſſimum Cl. BOISSIER DE SAUVAGES. Labores recentiorum poſt hunc. Tabula ſynoptica ad comparanda ſyſtemata Cll. DE SAUVAGES, LINNEI, VOGELII, SAGAR et CULLEN. Subiunguntur annotationes quaedam ad haec ſyſtemata.

p. 230. 14. *Animaduerſionum in ſyſtemata noſologiae ſpecimen II.* eodem anno. Continuatio incepti huius laboris, cum tabula, quae claſſes morborum ſiſtit, vt vno intuitu conſpici poſſit, quo quiſque auctorum ordine eas locauerit.

15. *Ani-*

15. *Animaduerſionum in ſyſtemata noſologiae ſpe-* p. 237.
cimen III. de pyretologia generatim, eodem anno. Eractiſſime deſcripſit HIPPOCRATES febres, earumque differentias docuit: GALENO praeprimis debetur determinatio ſynochi ſimplicis et putridae: ſubtiliter nimis diſputarunt Arabes et ii, quibus philoſophia ſcholaſtica arriſit: SYLVIUS DE LE BOE ab acido eas deriuauit, quas Graeci pro inflammatoriis habuerant: BALLONIUS febres venoſas et gaſtricas, BAGLIVUS meſentericas et gaſtricas ſtabiliuit, ad cuius aſſeclas refertur TORTI: SYDENHAMVS pleriſque indolem inflammatoriam adſcripſit: MORTONVS, licet hypotheſibus indulſerit, tamen ſigna diuerſarum febrium bene recenſuit: poſt labores aliorum Anglorum, ex quibus laudantur HUXHAM PRINGLE et GRANT. Germani febrium doctrinam emendarunt, ex quibus praeter opus Cl. CHENOT de peſti adducuntur Cll. TROMM, SELLE et RAVERT: putridarum defenſorem inprimis ſe obtulit SARCONE cet.

16. *Oratio in laudes meritorum* ALBERTI DE p. 257.
HALLER, recitata 1778, quum Ill. Auctor faſces academiae poneret. Succincte enarrat immortalis viri ſtudia, acceſſiones quas ipſi debet vniuerſa ſcientia medica, eruditionis vniuerſae in eodem cumulum, pietatem, animi candorem; tranſit deinde ad recenſenda eiuſdem merita in academiam Gottingenſem ſigillatim, ac denique paucis de diuturno morbo, qui ipſi tandem fatalis exſtitit, exponit.

XVI.

Atti dell' Accademia delle Scienze di Siena Tomo VI. In Siena l'anno MDCCLXXXI. Nella ſtamperia di Vincenzo Pazzini Carli e Figli

Figli con approvazione 4 maj. pagg. 359. tabb. aen. 11. e Lipſia appreſſo Gleditſch.

i. e.

Acta Academiae Scientiarum Senenſis. Tomus Sextus

Phyſicorum cura et ſtudium, quo non tantummodo rerum naturalium ſuperficiem contemplari; ſed etiam interiora naturae perſcrutari atque cauſas inueſtigare ſolent, etiam circa illa phaenomena verſatur, quae exceptionem a regula legibuſque facere; et ab ordine alias a natura ſeruato recedere videntur. Eiuſmodi phaenomeni diſquiſitionem nobis ſiſtit.

1. *Diſſertatio* inquirens in quaeſtionem: *num pluuia quae noſtris temporibus in Europa decidit de caelo, ex rationibus phyſicis magis aut minus copioſa dici queat ea, quae ſeculis remotioribus decidit*, auctore
p. 2. Cl. Abbate VINCENTIO CHIMINELLI. Tria potiſſimum laudat ſyſtemata, ex quibus hoc phaenomenon explicari poſſit ac debeat, primum deducit cauſam ex quocunque inſolito effectu meteorologico, recurrente poſt aliquot tempus ac dependente a virtute quadam attrahendi Lunae propria. Alterum legi cuidam naturae ſic dictae alternatiuae ſuperſtructum eſt, qua idem effectus poſt decurſum quorundam annorum prodit denuo. Tertium aliquam aberrationem a regula, ordinem naturae aliquo modo inuerſum praeſupponit, qui tamen, quamquam leges naturae aliquo modo turbet, eaſdem tamen non
p. 4. euertit. Obiectiones varias contra haec ſyſtemata paulo accuratius inquirit, atque docte et ingenue ad eaſdem reſpondet, atque tabulam exhibet, in qua notatae ſunt omnes pluuiae extraordinariae ſuperioribus

ribus temporibus maioribus noſtris moleſtae. Obſeruationes Cl. DE LA LANDE de diminuta ecclipicae obliquitate in omnibus ſeculis ſimplici ſed eleganti modo inſtitutas laudat, quae quidem imminutio vtique copioſiores pluuias producere poſſe videtur. Parum autem vniuerſo frigori intenſiori paulo noſtris temporibus tribuendum eſſe cenſet. Neque cauſam in motibus terrae quaerendam pluribus oſtendit. Montium conditiones, ventorum qualitates, ſalium nitroſarumque particularum exhalationes, inundationes hinc et inde obortas ſimul hoc ex capite examinat, adiicitque effluuia varia terrae maiori in copia ad focum electricum tanquam princeps inſtrumentum meteororum ferri, ibique incrementa elementorum pluuiarum procurari. His addidit A. Cl. egregias obſeruationes rem agragriam concernentes, cui quidem humidus aer fauet, verum etiam ſterilitas a nimia humiditate et retardatio maturationis pendet quam maxime. Tandem remedia proponit, quibus malis inde prouenientibus ſit medendum. p. 9. p. 13. p. 16. p. 22.

2 Commentatio Cl. Abbatis LEONHARDI XIMENES *ſupra regulam, qua velocitas fluminum alterari ac inhiberi poſſit, ſi illis apta opponantur excipula.* p. 31.

3. Cl. PAULI FRISII diſſertatio *de quantitatibus maximis et minimis Iſoperimetricis.* p. 121.

4. Cl. GREGORII FONTANAE *ſchediaſmata mathematica.* Quinque eiuſmodi ſchediaſmata hic proponuntur, quorum agit I. *De ſanguinis reſtitutione huiuſque problematis affinitate et analogia cum problemate anticipationis, ſeu pecuniae in anteceſſum numeratae.* Praeprimis noſtro res eſt cum Cel. Iatromathematico IACOBO KEILIO *), cuius determinatio quantitatis ſanguinis minus recta atque accurata Noſtro p. 161.

*) Vide eius Tentam. medico-phyſic. tent. 1. de ſanguinis quantitate.

ſtro videtur. Illum ſiquidem determinaturum ſanguinis redintegrationem, quae ex quotidiano vitae partium interitum reparante proficiſcitur, calculum fundamento vndique labanti ac ruinoſo impoſuiſſe ac ſuperſtruxiſſe Noſter contendit: comparat ſcilicet problema hoc cum altero Algebrae ſcriptoribus vſitato, quo quaeritur vini quantitas poſt aliquem dierum numerum in dolio ſuperſtes, ſi certa vini menſura quotidie exhauriatur, ac tantumdem aquae ſemper infundatur. Iam in primis penes phyſiologos in confeſſo eſt animalis corporis ſanguinem intra diei ſpatium inſenſibili perſpiratione auolantem ſingulis momentis de corpore decedere, ſinguliſque momentis ſanguinem nouum ex alimentis elaboratum accedere veteri, et iacturas momentaneas reparare. Abſurdam igitur comparationem ex vaſe vinario eſſe Noſter arbitratur, ex quo non iugiter et continenter, ſed ſimul et ſemel in die certa vini quantitas exhauritur, et aquae infunditur; vt aequa eſſet et omnibus numeris abſoluta comparatio, neceſſe foret dolium imaginari, ex cuius oſtiolo ſeu foramine vinum continenter efflueret, et per foramen alterum aequale aqua perennis eodem impetu ſimul influeret. Tunc vero poſtulare quantum vini poſt datum temporis interuallum in dolio futurum ſit, et contra quanto tempore vinum ad datam menſuram decreſcet, idem prorſus eſt, ſi caetera paria accipiantur, ac petere quantum veteris ſanguinis poſt aliquem dierum numerum in humano corpore reliquum ſit, vel contra quot diebus ſanguis vetus ad datam vſque particulam redigetur. In hoc itaque problemate calculus informandus erit hunc in modum *):

Sit

*) Hanc continentem ac perpetuam ſanguinis iacturam et reparationem ſubtiliter ac eleganter propoſuit facultatis medicae Pariſinae moderator Cl. ROBERTVS in opuſc. de ſenectute.

Sit animalis ſunguinis quantitas ... = e p. 163.
Pars eius infiniteſima ſingulis momentis euolans- - = p
Numerus momentorum in die naturali = n
Quantitas mixti ſanguinis intra diem decedens- - - = b = np
Ergo ſanguis vetus in fine primi momenti- - - = a = p

Quum autem ſecundo momento iterum decidat pars minima p ſanguinis mixti ex vetere $a-p$, et ex nouo aduenïente, ac prioris iacturam reparante; vt inueniatur ſanguis vetus reſiduus in fine ſecundi momenti, fiat $a : p :: a-p : \frac{p(a-p)}{a}$ eritque $\frac{p(a-p)}{a}$ pars veteris ſanguinis in fine ſecundi momenti amiſſa. Quare ſanguis vetus in fine ſecundi momenti reſiduus inuenitur $= a - p\frac{p(a-p)}{a} = \frac{(a-p)^2}{a}$. Rurſus detegitur ſanguis vetus in fine tertii momenti ſuperſtes, ſi ex analogia $a : p :: \frac{(a-p)^2}{a} : \frac{p(a-p)^2}{a}$ eliciatur pars $\frac{p(a-p)^2}{a}$ veteris ſanguinis in fine tertii momenti decedens, eaque dematur a ſanguine veteri $\frac{(a-p)^2}{a}$ vnde oritur $\frac{(a-p)^2}{a} - \frac{p(a-p)^2}{a^2} = \frac{(a-p)^3}{a^2}$. Sic porro ſanguis vetus in fine quarti momenti reperitur $\frac{(a-p)^4}{a^3}$; ac denique ſanguis vetus in fine momenti n, ſeu integrae diei ſuperſtes prodibit $= \frac{(a-p)^n}{a^{n-1}}$

$= a - np + \frac{n(n-1)p^2}{2a} - \frac{n(n-1)(n-2)p^3}{2\,3\,a^2} + \frac{n(n-1)(n-2)}{2.\ 3.}$

$\frac{(n-3)p^4}{a^3} \frac{n(n-1)(n-2)(n-3)(n-4)p^5}{2.\ 3.\ 4.\ 5a^4}$ + etc. Quum autem in huiuſmodi coëfficientium actores $n(n-1)(n-2)(n-3)\ldots$ abeant in nnnn...., quando quidem prae valore ipſius n infinito euaneſcunt nume-

ri 1, 2, 3 etc. propterea ſanguis vetus in fine vnius diei ſuperſtes repraeſentatur per formulam $a - np + \frac{n^2p^2}{2a} - \frac{n^3p^3}{2 \cdot 3a^2} + \frac{n^4p^4}{2 \cdot 3 \cdot 4a^3} - \frac{n^5p^5}{2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5a^4} +$ etc. $= a - b + \frac{b^2}{2a} - \frac{b^3}{2 \cdot 3a^2} + \frac{b^4}{2 \cdot 3 \cdot 4a^3} - \frac{b^5}{2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5a^4} +$ etc. Atque hinc liquet quam parum veritati conſonum ſit illud Keilliae hypotheſis confectarium, quo ſanguis vetus in fine primae diei reſiduus ponitur $= a - b$. Vt modo inueniatur, quot diebus perficiatur ſanguinis inſtauratio, ita vt nimirum ſanguis vetus in corpore reſiduus quantitatem valde paruam ω adaequet, voco x numerum dierum quaeſitum, ac protinus nanciſcor $\frac{(n-p)^{nx}}{n^{x-1}} = \omega$, ſeu $\left(\frac{a-p}{a}\right)^{nx} = \frac{\omega}{a}$; hinc habeo $x \log. \left(\frac{a-p}{a}\right)^n = \log. \omega - \log. a$, ſiue $x \log. \left(1 - \frac{b}{a} + \frac{b^2}{2a^2} - \frac{b^3}{ba^3} + \frac{b^4}{24a^4} - \frac{b^5}{120a^5} +\right.$ etc. $\left.\right) = \log. \omega - \log. a$; et conſequenter $x = \frac{\log. \omega - \log. a}{\log. \left(1 - \frac{b}{a} + \frac{b^2}{2a^2} - \frac{b^3}{ba^3} + \frac{b^4}{24a^4} - \text{etc.}\right)}$

Sit igitur iuxta aſſumta Keiliana $a = 20$ libr., $b = 4$ libr., $\omega = 0,0247$ libr. eritque $\log. \omega - \log. a = -1,6073030 - 1,3010300 = -2,9083330$, et $\log. \left(1 - \frac{b}{a} + \text{etc.}\right) = \left(1 - \frac{1}{5} + \frac{1}{50} - \frac{1}{750} + \frac{1}{15000}\right)$ ſatis proxime, ſeu $= \log. \frac{12281}{15000} = -0,0868576$. Quam obrem reperitur $x = \frac{-2,9083330}{-0,0868576} = \frac{2,9083330}{863576} = 33\frac{1}{8}$ diebus circiter, ſeu tribus diebus cum dimidio plus quam a Keilio proponitur. Idem inuenitur breuius hoc pacto, logarithmum hyperbolicum quantitatis, $- \frac{b}{a} + \frac{b^2}{2a^2} - \frac{b^3}{ba^3} + \frac{b^4}{24a^4} -$ etc. eſſe $- \frac{b}{a}$, et logarithmum tabularem, ſeu Briggianum

aequam

aequam hyperbolico diuiſo per 2, 302585; hinc prodibit log. $\left(1 - \frac{b}{a} + \frac{b^2}{2a^2} - \text{etc.}\right) = \frac{b}{2,302585a}$ $= \frac{1}{11,512925} = -0,08685$; atque ideo $x = 33\frac{1}{3}$ diebus. Ponatur praeterea cum Keilio totum corpus libras 160 ponderare, et quaeratur quantum veteris corporis exacto demum anno relinquatur, ſi quotidianus partium fluidarum ſolidarumque interitus quatuor librarum aſſumatur. Ex ſuperiori formula deducitur illico log. $\omega = x \log.\left(1 - \frac{b}{a} + \frac{b^2}{2a^2} - \text{etc.}\right) + \log. a$, et capto $x = 365$ diebus, $a = 160$ libr., $b = 4$ libr. oritur log. $\omega = -\frac{365\ b.}{2,302585a} + 2,20412 = -2,9629373 + 2,20412 = -1,7588173$, proindeque $\omega = 0,01742$ libr. quod iterum differt a Keiliano. Iam tranſit Noſter ad miram huius problematis cognationem ac affinitatem cum problemate anticipationis, ſeu pecuniae in anteceſſum numeratae, ſed quia haec ad forum iuriſconſultorum pertinet, vltro eandem mittimus, et II. *Sthediaſmatis* ſummam proponimus

de axibus aequilibrii. Sched. III. *de curuis a centro gra-* p. 165.
uitatis deſcriptis. Sched. IV. *de ſingularibus nonnullis* p. 173.
centri grauitatis affectionibus, in ſpatio hyperbolico p. 177.
aſymptotico. Sched. V. *de aequationibus indefinitis, de-* p. 180.
que methodo indeterminatarum.

5. Cl. FRANC. BERN. FERRARI *diſſertatio de for* p. 193.
nicum conſtructione.

6. *Epiſtola* ad Cl. V. DOMIN. BARTOLONI quip. 215.
Academiae eſt a ſecretis, *de duobus monſtris* data a Cl. PETRO TABARKANI. Altera foetus humani monſtroſam fabricam, altera felis deſcriptionem continet. Foetus humanus quoad caput potiſſimum ab ordinaria fabrica recedebat, cuius tamen decla-

rationem, quum absque iconibus manca foret ac mutila ſuppeditare non poſſumus. Attamen ſuis animaduerſionibus doctiſſimis Noſter declarauit, multa quoque ineſſe in eiusmodi fabricis, quae ſumma attentione digna ſint, et quae nos ad verum ducere, animum inſtruere, atque commoda proferre quaedam poſſint, quae nunquam nata fuiſſent e conſueta corporis ſtructura.

p. 241. 7. *Hiſtoria medica illuſtrata ex obſeruationibus ſuper animal bipes euacuatum per aluum in Cardialgia verminoſa*, auctore Cl. HANNIB. BASTIANI communicata cum Cl. Abbate BARTALONI, qui eſt Academiae ſcientiarum Senenſi a ſecretis. Hiſtoria haec eſt: V. Reuer. *Oliuieri* Archipreſbyter annum paene agens quinquageſimum, primum morſus ſtomachi et in primis in ieiuno per aliquot dies ſenſit, inſequuta eſt ſyncope cum virium proſtratione inſigni. Rediere ſaepius haec ſymptomata, ſed inſultus fuere fugaces, qui tamen per plurimos dies coniuncti erant cum moleſta ſenſatione in ſtomacho, et inordinato quodam modo torpores in inferioribus aeque ac ſuperioribus percipiebantur partibus; motus conuulſiui, rigor, febris, vrina cruda, ſaliua copioſa, aliaque ſi-
p. 242. gna cardialgiam verminoſam declarantia aderant. Inſtituta venaeſectione et adhibitis medicamentis purgantibus multi lumbrici albi maximae formae exierunt, et inter eos vermiculus bipes, quem ab impuritatibus probe depuratum et in charta explicatum, demum accuratiori ſubiecit examini. Corporis ſiquidem ipſius ſubſtantia fuit mucilaginoſa et membranacea, caput pyramidale, bucca elliptica ad ſugenda alimenta, ad inſtar vermium cucurbitinorum, ſimulque foramine ad abſorbendam ſubſtantiam alimentariam inſtructa. Supra buccam comparuit parua quaedam prominentia aliquantum rotunda, proboſcidem repraeſentans, quae formabat in ſua diſtenſione in capite duas alas, aut pinnas cartilagineas,

neas, denticulatas, ſerratas, pungentes, coloris albiſſimi, quaeque deſuper deſcendendo ſpeciem collaris laciniati efficiebat, eaque corpus et dorſum in ſua prolongatione obuoluens tenuiſſimam epidermidem produxit, ſubſtantiam mucilaginoſam inuolentem, ſub qua denſior paulo et dura membrana erat, integumenta communia efficiens, quae per dorſum decurrens nitido cinereo colore picta erat, inferior ſuperficies ſphaerica erat. In dorſi extremitate, in medio paruae caudae, aut potius in vltima productione ſpinae in conſpectum venere extremitates duae, quaquauerſum mobiles, compoſitae ex coxa et tibia, figurae conicae aliquantulum arcuatae, ſe finientes in aculeum pungentem. Hunc vermiculum in ſpiritu vini diu ſeruauit, tandem anatomicae diquiſitioni commiſit praeſentibus quamplurimis iisque doctiſſimis viris, atque icones quoque de eodem exhibuit.

6. Cl. *Abbat.* BARTALONI *reſponſio ad ſuperiorem hiſtoriam Cl.* SIG. BASTIANI. Dignis ſane laudibus celebrat Cl. BASTIANI diligentiam ac prorſus ſingulare ſtudium, cuius in detegendo hocce vermiculo extare voluit documenta, et profecto hiſtoria vermium inteſtinalium et in vniuerſum helmintholo- p. 251.
gia ex hoc nouo vermium genere locupletari poteſt atque augeri. Inquirit autem hac occaſione breuiter in productionem vermium in corpore humano atque ſententias REDI, MALPIGHII, SWAMMERDAMII, LEVWENHOECKII, VALLISNERII, REAUMURII, BONNETTI, SPALLANZANI recenſet, atque VALLISNERII ſententiam de animalium productione ex tranſmutatis ſeminibus in corpore humano ſibi minus probari affirmat, quamquam alias omni laude dignus ipſius auctor ſit cenſendus.

7. Cl. DOMINICI BARTALONI commentatio *de conductore electrico erecto in turri ciuitatis Senenſis.* p. 253.

p. 289. §. Commentatio FRANCISCI CALURI et OCTAVII MERVECI *de morte frequentiori, quae infantes in brephotrophium magnum Beatae Mariae de ſcala delatos inuadit, et de remediis aptis imminuendi eiuſmodi mortes frequentiores, et eaſdem reducendi ad ordinarium numerum infantum mortuorum* in ipſa vrbe. Haec commentatio exhibita fuit Cl. FRANC. SIMINETTI, Conſiliario intimo Magni Ducis Senenſis. Commentatio ipſa quatuor articulos complectitur, quorum tres priores Cl. CALURI, extremus Cl. MER-
p. 291. VECI auctorem agnoſcunt. *Primo* igitur *articulo* calculus infantum mortuorum in ipſo brephotrophio ſubducitur, eiuſdemque ratio eſt prouti 100 ad 74. in ciuitate autem ipſa prouti 100 ad 47 ¾. Comparat cum iis numerum mortuorum in xenodochio Innocentium Florentino, ac in ipſa vrbe et in ſuburbio, tabulaſque addit et computationes accuratas.
p. 293. *Secundo art.* Concluſiones ex hac computatione, et differentia quae inter infantes intercedit ex inſtitu-
p. 294. ta comparatione proponuntur. *Artic. tertio* communicantur cogitationes ſuper concluſiones ex praecedentibus duobus articulis ductas, et demum *art. quart.* indicat cauſas, ex quibus frequentia mortis pendeat, atque verſatur potiſſimum circa praeſidia apta, quibus numerus defunctorum ſit imminuendus. Principes cauſae in matribus ipſis et in nutricibus ſunt quaerendae, a matribus iam geſtationis tempore plerumque infirmitas quaedam et diſpoſitio ad praematuram mortem communicatur cum ipſis infantibus, quippe quae furtiuos amores celando et moeſtitiae, curis, timori aliiſque affectibus indulgendo, noxas foetui inferunt grauiſſimas, accedit frequentior ac peruerſus vſus medicamentorum, quibus ſanitatem propriam vna cum valetudine infan-
p. 297. tis perdunt. Ratione nutricum autem delectus non ſemper fit, quae vt plurimum ex infima plebe eligi debent

debent ob exiguum ſalarium, quod ipſis praebetur, deinde paucae tantummodo ſunt in brephotrophio nutrices, quae ſuis muniis ratione copioſae ſobolis non rite poſſunt defungi, et ob inopiam lactis ad lac aliorum animalium nutriendorum liberorum cauſa confugere tenentur. Ipſaemet praeterea ratione corporis ſui non adeo munditiei ſunt ſtudioſae atque munditiem ipſam infantum negligunt, accedit quod ſaepiuſcule, ſi vagiunt infantes, ipſis mammae praebeantur, atque hac ratione ventriculo moleſtiae creentur, aliaeque ſimiles. Remedio autem aduerſus haec mala eſſe poſſunt, vt 1) plures nutrices in brephotrophio aſſumantur et ſtipendiis exhilarentur, quam hucuſque factum eſt, vt aequa ſit proportio inter nutrices ac infantes inopes auxilioque deſtitutos. 2) vt ſalarium menſtruum vnicuique expoſitum augeatur pro numero infantum expoſitorum. 3) vt panni lintei pro inuoluendis liberis, quorum duos pro ſingulo infante tantummodo habuerunt, ſaltem ad octauum vſque augeantur numerum 4) Vt brephotrophio praeficiatur profeſſor probus ac peritus, cui officium incumbit eligendi dominam; cui praeſentandi ſunt infantes, ab illaque diſquirendi, et praeparanda quae vſibus eorum inſeruiant. Ipſe autem quotidie debet nutrices et infantes diſquirere, et praeſcribere quae ipſis ſint ſuggerenda. 5) Talis praepoſita mulier debet eſſe perita et vſu et experientia ac auctoritate probata, atque etiam ſtipendio ornata, vt ſuis rite defungatur muniis. Hiſce adiecit Cl. FRANC. CALVRI vberiorem illuſtrationem. Igitur anno 1776. regulae ſunt praeſcriptae, ex quibus in brephotrophio B Mariae ad ſcalam maior meliorque cura expoſitorum liberorum debet haberi, illaeque regulae publici iuris factae ſunt ipſis calendis Ianuariis dicti anni, atque continent 36 leges perſcriptas a tribus deputatis medicis Cl. OCTAVIO

p. 300.

p. 307.

p. 309.

NERVCCI, Cl. FRANC. CALVRI, Cl. IOSEPHO BAL-
p. 313. DASSARI, profeſſoribus publicis. Ne autem ali-
quid deeſſe videatur, quo praematurae mortes eo
melius caueri atque auerti queant, propria quoque
inſtructio pro medico atque chirurgo ab iiſdem pro-
p. 315. feſſoribus litteris fuit conſignata. Et tandem ipſi
praefectae huius domus, ſiue patronae et dominae
quoque propria inſtructio aeque ex auctoritate ho-
rum triumuirorum exhibita fuit.

p. 317. 9. Commentatio *ſuper phoſphoro marino* auctore Generoſ. Comite DE BORCH, Academiae exhibita et d. 30. Noub. 1778 lecta. Breuem praemittit phoſphori hiſtoriam. Primus enim auctor fuit Cl. BRAND, qui autem illius praeparationem iam anno 1670 cognitam omnibus celauit modis. KRAFTIVS deinde illum vendidit. Sed Chymici celeberrimi vniuerſum illud arcanum e tenebris traxerunt atque vt illud omnibus innoteſceret ſtuduerunt. Laudamus igitur merito MARGGRAFII, BOILII, HELLOTI, GEOFROY, DUSAY, BECHERI, STAHLII, MACQVERI, BAUMII hoc in argumento ſtudia. Hi videlicet viri phoſphorum KUNCKELII variis modis ac e diuerſis praepararunt materiis. Phoſphori praeſentiam in corpore humano, aliisque ſcintillae declarant electricae, luces animalium, inſecta lucida, piſces putredini propius accedentes, ſpathi atque alii fluores calcinati. In aliis quoque calcinatis fluoribus exiſtere ſolet. Caſu autem fortuito
p. 318. iter ex Neapoli in Siciliam a. 1776 Noſter faciens particulas lucentes maris ſuperficiem tegentes vidit. Statim in memoriam reuocauit ſibi Cl. RIGAULT et FOUGEROUX hoc phaenomenon deduxiſſe ex ingenti copia polyporum, ſcolopendrorum, monoculorum, binoculorum, etc. luciferorum; ſed cum ad Palermum appelleret, ibi inuenit Xiphiam gladium lucentem, cuius cauſam protinus putrefactionem

niem esse agnouit. Et exemplum huius rei in ostreis vidimus in putredinem abeuntibus. Massa haec chymico examini ab auctore subiecta, phosphorum exhibuit, quem vt ab aliis speciebus probe distingueret, phosphorum marinum appellauit. His addit alias obseruationes de phosphoro, inprimis vero illustrat sudorem phosphoricum, cuius mentionem fecit Cl. HENKEL in sua Flora saturnizante.

10. *Duae epistolae oryctologicae* Cl. IOH. FR. GUIL. CHARPENTIERII P. Mineral. Freiberg. etc. ad Cl. I. ARDUINUM, Inspectorem publice constitutum rei agrariae Venetorum, e Gallico idiomate translatae vna cum responsionibus. Prima epistola p. 325. concernit strata marmoris calcarei et schisti quarzosi absque vlla petrefactione detecta in profunditate 20 vel triginta perticarum. In multis horum stratorum regionibus, galenam vidit, pseudogalenam, pyritem aliaque mineralia, quorum fila transuersa posita similiter in aliis stratis aliarum petrarum conspiciebantur, reciproce autem schisto quarzoso lapis syenites erat appositus, vt vnum stratum alterum exciperet. Illa itaque strata schistosa et lapidis syenitis eodemque tempore formata esse affirmat. Altera epistola vberius describit schistum illum quarzosum, et marmor. Responsionem autem in calce huius voluminis exhibitam vidimus. p. 326.

11. *Obseruationes historiae naturalis factae in quibusdam locis imperii Senensis, et in vicinia lacus Castelli noui Valdidecini apud Volaterram ab* V. Cl. D. HIACIO BARTALINI. In valle horrida Rosiensi, vbi in quibusdam locis petrae calcariae reperiuntur, deprehendit potissimum in monte Arrento marmor croceum, siue marmor Thebaicum pulchris coloribus variegatum, altera pars montis exhibet quarzos, schistos etc. In Pentolino vidit montes, aliam quasi in naturam degenerantes saxa et selenites, quae in p. 330.

vicinia Camporedagli varie figurata et plumbo inſperſa erant, et triplicis quidem generis, ſcilicet 1) plumbum arſenico mineraliſatum, mineram ſpathiformi albam vel griſeam, mineram plumbi ſpathaceam 2) mineram plumbi ſpathaceam fiſſilem 3) mineram plumbi ſpathaceam rhomboidalem. In quadam diſtantia conſpexit marchaſitas complicatas, quarum ſtrata cum ſelenite in forma cubica et tranſparente vnita erant. Ad lacum autem propius accedens, ibi aſcendere vidit columnam altam fumi albi, denſi ac odoris ſulphurei, quem fumum ioz.
p. 332. BALDASARI verboſius deſcripſit. Deinde acceſſit ad foſſam Cecinam, quae alluit montem Roccham, vbi commoratur falco gentilis ſ. montanus, mons ille in varios ſecedit monticulos, vbi cornua ammonis, bellennites variae magnitudinis, marmorque rubrum, quod etiam marmor e Caldana audit. Ex hoc itinere periculoſo redux acceſſit prope pagum Froſini, vbi Corallina variae magnitudinis alba ſubſtantia ſchiſtoſa, vulgo Galeſtro dicta, incluſa inuenit, Lacus poſtea accuratius inquiſiuit, atque ſententiae
p. 334. BACCII *) ſubſcribit: „Lacunae ſub Caſtro nouo, quas in ſulphuroſis retulimus, haud dubie atramenti quoque naturam cum ſulphure participant: vnde illa recte ſe habere veriſimile ſit, quae Volaterranus ſcribit, noxii vaporis omnibus tum beſtiis, ſuibuſque, tum etiam hominibus etc.„ Aqua ipſa lacuſtris magis turbida, coenoſa et variis principiis imbuta, et inprimis acido vitriolico acerrimo, in linqua vix tolerando, atque multis terreis particulis abruptis a petris permixta eſt. Caſu quodam duas quoque ſcaturigines minores, ad normam eorum quae e glacie promanant, aqua limpida inſtructas et
p. 335. fumum emittentes cum pauciſſimo ſtrepitu deſcripſit. In diſtantia duorum milliarium alii duo lacus exſtant maio-

*) de Thermis L. IV. p. 123

maiores ſtrepitus excitantes, ad montem Cerbolum, vbi petroleum in ciſternis, puteis et aquis paſſim obuium eſt. Relicto autem lacu Caſtelli noui duas conſpexit aperturas, quales ab impetu fortioris exiſtere ſolent venti, ex quibus alta columna fumi denſiſſimi adſcendit, ſenſit propius accedens aliquem terribilem mugitum internum fumum emittentem, qui argentum et aurichalcum nigro tingebat colore, aurum autem nullo mutabat modo. Ibi erant ſubſtantiae calcariae et ſelennitites, quarum originem recte ab acido vitriolico eiuſque combinatione cum terra calcaria ad perfectam vſque ſaturationem deducit. Illae exhalationes quoque ipſe anſam ſuppedita- P 338.
uere de ſulphure eiuſque formatione diſſerendi, et
de ſalibus ibi repertis. Suis denique animaduerſio- P. 339.
nibus locum quendam ex Cl. STRANGII opuſculis de calcaria et vitreſcenti virtute quorundam montium egregie illuſtrauit. Altera apertura aeque mephitica in p, 342.
illo monte incruſtata ſelennitibus erat, cui aliam circiter duo millia diſtantem addidit, quae ſtrato argillae albae tenaci ſed tamen ductili erat obducta, quaeque humectata a paruulo fluuio variis tincta coloribus, et in quibuſdam locis terra quaedam variegata interſperſa erat. In planitie ipſa monticulus e petra arenaria conſpicitur. Quia autem petroſi- p. 344.
lex opacus iiſdem eſt in regionibus, vberius de eo
ſimul egit, atque de granitis et alumine ibi obuiis.
In Botro del Riuerdi terram arenariam, tufoſam, quar- p. 347.
zoſam, coloratam aut candidam etc. reperit. Tan- p. 349.
dem de generatione aluminis multa docte diſputat.

II, *Reſponſio Cl.* S. G. ARDUINI *ad epiſtolas du* p. 353.
as Cl. CHARPENTIER. Ingenue profitetur Cl. A. marmora calcarea Freybergenſia ſibi videri marmora ſalina eſſe, quae aliam formam a petris aliiſque ſtratis induerint, et materiam, ex qua compoſita ſint, vnam eandemque eſſe cum illa, ex quibus primaria

omni-

omnium minerarum formatio deduci ac explicari
p. 354. debeat. Schiſtus ille micaceus eandem agnoſcit et primaria materia originem, et inprimis ſecundum ordinem, quem fecit auctor, conſtituit. Ad ſchiſtum quarzoſum autem quod attinet prouocat ad auctoritatem Generoſ. de BORN, eiuſdemque accuratam omnibuſque numeris abſolutam deſcriptionem. Granitem autem lapidem contemporaneum eſſe quoad ſuam formationem petrae ex genere quarzoſo micaceo. Granitellos autem tanquam producta Vulcanorum conſiderat, quorum magna copia in Italia eſt, vti et ſchiſtorum micaceo quarzoſorum in montibus mineris ibidem diuitibus. Calcareae autem terrae antiquitatem vnam eandem agnoſcit cum elementari, et in primis eius originem
p. 356. ex regno animali deducit, adſtipulante LINNEO: *) Calx omnis et creta ex teſtis et coralliis vermium prodiit, etiam illa, in qua nulla veſtigia animalium. Cl. BAUME et BUFFON eaudem fouent ſententiam. Prouocat quoque ad ſchiſtum quarzoſum micaceum hinc et illinc in Italia exiſtentem, quem accuratius
p. 358. diſquiſiuit. Omnia demum incruſtamenta et ſtratificationes facta eſſe ab aqua primitiuam ſolidam maſſam inundantem ac hanc tranſmutationem producentem ſtatuit. Inprimis autem grauiſſimum argumentum ex Alpibus calcareis deducit. Eleganter interim et docte hanc epiſtolam ſcriptam eſſe profitemur, et argumenta probationis vberioris et illuſtrationis cauſa propoſita, ita comparata, vt non tantum magnam veritatis ſpeciem prae ſe ferant, ſed etiam certiores nos de veritate reddere queant.

XVII.

*) Syſtem. Nat. T. III. p. 40 Holm. 1786.

XVII.

A ſerious addreſs on the dangerous conſequences of neglecting common coughs and colds; with ſucceſsful directions how to prevent and Cure conſumptions, the third edition, to which are now added obſeruations on the hooping cough and aſthma, by THOMAS HAYES Member of the corporation of Surgeons London, *) etc. London printed for I. Myrray, and Shepperſon et Reynolds 1786. 8. 152. pag.

i. e.

THOMAE HAYES ſeria monita neglectos catarrhos eorumdemque periculoſos effectus concernentia, acceſſit inſtitutio curandi phthiſin pulmonalem, tuſſim conuulſiuam et aſthma.

Inficiandum haud eſt ex neglectis morbis, etiam paulo leuioribus, haud raro oriri ſiniſtros effectus, atque inprimis catarrhi atque tuſſes, tempore hiemali ſuppreſſi aut male tractati, omnibus paene temporibus funeſtos edidere effectus; non tantum hoc affirmarunt atque declararunt veteres medici, quorum ſcripta a pauciſſimis leguntur, ſed etiam recentiores et inprimis TISSOTVS et BVCHAN populariter de hoc morbo commentati ſunt Sed quamquam

*) Iam verſio vernacula huius libri ſtudio et opera doctiſſimi atque laborioſiſſimi noſtri, D. C. F. MICHAELIS prodiit, hoc titulo: THOMAS HAYES *ernſtliche Warnung vor den gefährlichen Folgen vernachlaeſſigter Catarrhe, nebſt einem Vnterricht von der Cur der Lungenſchwindſucht, Keuchhuſtens und der Engbrüſtigkeit. Leipz. bey C. G. Hilſcher* 1787. 8.

quam laude ſua non defraudandi ſint hi duumuiri doctiſſimi, tamen non per omnia eorum ſtudia Noſtro in hoc argumento probanda eſſe videntur, cum magis iunioribus medicis eorum ſcripta pro manuductione eſſe queant, nequaquam autem vtiles ſint hominibus in arte medica rudioribus. Hiſce potiſſimum A. Cl. ſua ſcriptiuncula prodeſſe, eoſque in eiuſmodi affectibus primum ad fontem diaeteticum ducere voluit, ex quo multum ſe leuatos ſentire poterunt, et ſi vlterius quid deſideretur, demum ad fontem confugere pharmaceuticum iubet. Hanc vero tertiam huius libri editionem acceſſionibus de cura phthiſeos pulmonalis, tuſſis conuulſiuae et aſthmatis, multis auxit de cauſis. Satiſfacere enim non tantum voluit iis, eiuſmodi additamenta poſtulantibus, ſed etiam omnia remedia, quae vllo modo nocere poſſent, proſcripſit, ac quae in ſtatu conualeſcentiae obſeruatu neceſſaria ſint, adiecit, magiſque curauit vt fugerentur noxia, praeprimis autem inſtruere curauit peripnemmonia et tuſſi oppreſſos.

p. 18. Quinque autem capitibus omnia comprehenduntur. Continet I. *Monita ſeria de non negligendis tuſſi et catarrhis vulgaribus.* De ortu catarrhorum ex ſubitaneo refrigerio in aere paulo frigidiori poſt incalefcentiam corporis ex nimio motu aut frequentiori vſu calidiorum potulentorum agit primum, cui et refrigerium adiungi potuiſſet, ſi relictis protinus calidioribus paulo conclauibus corpus noſtrum frigidiori aeri exponimus. Deinde ſymptomata et effectus refrigerii deſcribit, et ſuam deſcriptionem au-

p. 24. ctoritate Cl. FOTHERGILL confirmat, et opinatur febres catarrhales ex irritatione particularum acrium ex ſuppreſſa tranſpiratione ad arteriam aſperam delatarum produci. Periculoſum autem fieri hunc morbum a variis in diaeta vitiis commiſſis, et ab vſu

p. 36. ſpirituoſorum potulentorum. II. *De cura catarrhi*

atque

atque tuſſis. Omnia ad tria reuocantur capita, 1) aperiendi ſunt pori obſtructi 2) humores irritantes acres ex corpore eliminandi 3) cibi leues eupepti eligendi, quique febrem et inflammationem arcere ac indicationi curatoriae ſatiſfacere valent. Pediluuia p. 36. ex aqua tepida et cum furfuribus cocta admodum laudat, atque in narium obſtructione, tuſſi vehementiori ac moleſta raucedine vapores ex infuſo florum chamomillae, ſambuci, roriſmarini, carui ſilueſtris commendat, ope machinae MVDGII *) *reſpiratoris (Inhaler)* dictae, ore exceptos commendat. Emollientia, lubricantia, diluentia, temperantia vt et euacuantia atque opiata laudat. Attamen non per p. 49. omnia conſentimus cum A. Cl. ratione venaeſectionis ab initio ſtatim inſtituendae, ea enim eſt ſaepe numero noxia et periculoſa et nuper tantummodo ex intempeſtiua venaeſectione a rudi chirurgo adminiſtrata grauidam mulierem exſpirare vidimus; quae omnibus aptis remediis incaſſum adhibitis ex febri catarrhali benigna in malignam et demum ſynochum putridam inciderat. Praecipue autem laudat pulverem febrifugum Iacobi **) (*Iames powder*) in propellenda p. 51.

*) Deſcripta eſt haec machina in Radical et expeditious Cure for a recent catarrhous Coug Lond. 1779. cuius Germ. verſio Lipſ. 1780. prodiit ſub titulo: *Abhandlung von catarrhaliſchen Huſten*, eandem machinam Cl. MICHAELIS aeri inciſam noſtri auctoris libro a ſe tranſlato praefixit, addita ſimul deſcriptione p. XVI. ſqq.

**) Huius pulueris deſcriptio exſtat in DONALDI MONRO praelect. med. ex Cronii inſtituto p. 62. *in Sammlung. zum Gebrauch* pract. *Aertzte V. Band p.* 202. *in* LEWIS *neuen engl. allgemeinen Diſpenſatorio, III. Band. p.* 315. ſqq. Notandum tamen puluerem hunc ab haeredibus Iacobi adulteratum eſſe.

pellenda tuſſi ac fuganda febri. In tuſſi rebellio-
p. 54. picato Burgundico emplaſtro BVCHANI regio-
p. 56. inter ſcapulas impoſito multum tribuit. Docet vero quomodo aduerſus hunc morbum corpus ſit muniendum. III. *Inſtitutio praeſeruandae ac curandae phthiſeos pulmonalis.* Iuſto ordine cauſas communes ac proprias huius morbi tractat et multum onaniae admodum frequenti tribuit, et neglectis et male tractis
p. 85. catarrhis. Curam autem inchoandam eſſe cenſet in phthiſi incipiente a modica venaeſectione, quae etiam pro re nata repetenda ſit, euacuantibus leniribus ſimul adhibitis et applicata ſupra deſcripta machina Mudgia, neque exulare debent veſicatoria,
p. 90. decocta demulcentia, melli autem prae omnibus aliis remediis in pectoralibus morbis primas tribuit
p. 97. partes. Lac cum decoctis herbis, remoto flore omni lactis, optime conuenire eiuſmodi aegris, quibus ſimul aptam diaetam ratione eſculentorum praeſcri-
p. 104. bit. In haemoptoe laudatur venaeſectio, nec non vſus ſalium neutrorum, polychreſti, nitri, elixirii vitrioli, tincturae roſarum, etc. Motus corporis, affectuum moderamen aliaque probe ſunt inculcanda.
p. 113. Cl. VERVLAMIO praeſidium, quo ſuadet, vt tales aegri ruri commorentur et agricolas aratro terram ſcindentes comitentur, quo vapores ex terrae glebis aſcendentes ore excipiantur, et vtile et noxium fieri poſſe arbitratur, nam quamquam eiusmodi halitus ſalutaris quibuſdam eſſe queat, profecto debilitatis minime conueniet, cum motus paulo intenſior, quem eiuſmodi praeſidium requirit, neceſſario intendat febrem. Igitur hiſce leniorem ſuadet equitationem. Aer denique in conclauibus renouetur, neque aeger ſtragulis oneretur aut culcitris denſio-
p. 119. ribus. IV. *Obſeruationes de tuſſi conuulſiua.* Hanc interdum epidemicam eſſe pluribus docet. Simplicem hunc morbum ad ſpaſmodicos referendum eſſe

ab

ab initio, dein vero accedere febrem inflammationem pulmonum aliarumque partium thoracis, bene ſtatuit, atque venaeſectionem, vomitoria, cicutam, corticem prudenter adminiſtrata prodeſſe poſſe, ſed non diffitetur illa remedia noxia eſſe poſſe. De ſingulis paulo vberius agit, atque, quae victus ratio eſſe debeat, praeſcribit. V. *Obſeruationes de aſthmate.* Pertinaciſſimum hunc morbum ex immoderato cibo, potu, luxu prouenire, atque ex catarrhis quoque neglectis oriri adſtruit. Vulgari aſthmatis diuiſione adiecta accedit ad curam, et multum prodeſſe ſcribit hocce remedium ex gummi ammoniaci, ſagapeni, ana drachma vna et dimidia compoſitum et in mortario marmoreo cum ſeptem vnciis aquae tritum, additis vncia vna oxymellis ſquillitici, tribus drachmis Elixirii paregorici et duabus drachmis vini antimoniati. Doſis eſt duorum cochlearium. His ſubiunguntur regulae diaeteticae. Caeterum liber perſpicue et ad captum vulgi ſcriptus eſt, et hanc ob cauſam laudari meretur, et probamus praeterea Cl. A. ſtudium, quo et aliis prodeſſe et ſanitati hominum optime conſulere voluit. Praeterea et exempla quaedam addita ſunt, dicta Noſtri exacte illuſtrantia.

p. 133.

p. 139.

XVIII.

HENR. AVG. WRISBERG, commentatio de vteri mox poſt partum naturalem reſectione non lethali, obſeruatione illuſtrata cum breuiſſima principiorum lethalitatis ſciagraphia, Gotting. ex officia Dieterichia 1787. pagg. 32. 4.

Eleganter, docte atque ſubtiliter elaborata haecce commentatio, in qua obſeruationes egregiae inſunt, noſtra commendatione vix egere videtur, cum Cl. A. merita in rem litterariam ac liberalioris doctrinae

ſtrinae copia, et eruditionis praeſtantia omnibus cognita ſit atque ſatis perſpecta, et cum probe ſciamus Cl. A. magis laudes malle mereri quam laudari, in eius laudes, quod ſane facillimum foret in tanta meritorum copia, excurrere nolumus, ſed potius ipſius commentationis argumentum tanquam luculentiſſimum de illis teſtimonium producimus. Caſus autem rariſſimus reſectae matricis non tamen lethalis, quem habuit Noſter, caput chirurgiae et medicinae forenſis de laeſionibus per accidens et abſolute lethalibus egregie illuſtrat, in quo caſu explicando declarandoque ita verſatur, vt praemiſſa obſeruationis narratione, meletemata quaedam de principiis et fundamentis lethalitatis cum lectoribus communicet.

S. I. p. 10. Igitur duabus ſectionibus haecce comprehenduntur, quarum I. hiſtoriam obſeruationis ſiſtit, atque ante omnia *rationes lethalitatis reſecti vteri* aſſert, quae ita ſunt comparatae, vt ob citiſſimam haemorrhagiam ex laeſis vaſorum ſpermaticorum et vterinorum, grauiditate auctorum, truncis, et ob corruptionem putridam et gangrenoſam, quae facile et ſubito ſpongioſam ſubſtantiam vteri inuadere ſolet, eiuſmodi puerperae diem ſuum obeant, ſed eam Noſter ſeruatam eſſe, retulit. Cuius hiſtoriam p. 11. iam paucis proponimus: Mariae Dorotheae Vde, puerperae ruſticae, in pago Reyherſhauſen dynaſtiae Pleſſenſis, a. 1780 7 Iunii Annam Catharinam Rippel obſtetricem, in partu naturali adfuiſſe, ait, eandemque poſt partum puellae viuentis maxime naturalem, vna cum placenta magnam maſſam carneam reſecuiſſe cultro, aduocatus fuit chirurgus Eddiehauſinus Ioh. Chriſti. Heppe, vt conſiliis ſuis ſuccurreret, quod reuera praeſtitit. Hanc autem maſſam chirurgus ob rei nouitatem ad noſtrum attulit, vt ab ipſo cognoſceret, quid ipſi faciendum ſit, vt infeli-

infeliciſſimam hanc perſonam morti eriperet. Maſſam illam ſibi oblatam vterum miſellae eſſe ſtatim cognouit et credidit obſtetricem rudi placentae vtero ſtrictius adhaerentis tractione, vteri effeciſſe inuerſionem, inuerſumque ex vagina propendentem breui manu reſecuiſſe, et ſolutam deinceps ab vtero placentam vna cum matrice in priſtinam figuram reſtituta ſepeliiſſe, et hanc coniecturam confirmarunt relationes obſtetricis, puerperae, matris ipſius, et duarum familiarum ſub partu praeſentium. Natura autem partus haec fuit accedente Heppio p. 12. 1) Puerpera primipara 24 annorum die 5 Iun. hora 7. mat. primis doloribus ad partum laborare cepit, graniditate ſine vlla moleſtia, excepto moerore ob abſentiam mariti tunc inter copias Haſſiacas militantis, ad finem decurrente. Hora 2. 3 naturali et facillimo partu viuam puellam edidit. 2. Sepoſita puella obſtetrix ad puerperam rediens de ſoluendis extrahendiſque ſecundinis ſollicita, admodum repetitis contrectationibus brachiique ad humerum vſque in matricem immiſſionibus puerperam vexauit, vt incideret in lipothymiam et verba tantum pronunciare potuerit, cum ingentem carnis maſſam ex pudendis pendentem obſeruaſſet, *tu mihi omnia ex corpore eripis.* Sub quo ſtatu procul dubio obſtetrix inuerſum ex genitalibus vterum propendentem reſecuit, et partem reſectam aeque ac deglubitam placentam in amphoram coniecit, paulloque poſt in terram defodit. 3) Mater puerperae nihil de vteri inuerſione nec amputatione ſciuit, et adſtantes ob lamentabiles clamores hypocauſto exeuntes. et demum redeuntes, magnam carnis maſſam reſectam cernentes obſtupuerunt. 4) His peractis puerpera a 5. ad 7 diem, ſoli naturae curae commiſſa eſt. Grauiſſimo ſanguinis profluuio ceſſante ſua ſponte, quod mortuae inſtar miſellam op-

preſſerat die 7 Iun. expergefacta demum, chirurgum accerſendum petiit. Qui hora 2 pom. accedens primum carneam maſſam effodiendam curauit et 5) de puerperae ſtatu Noſtro haec retulit a) color faciei fuit pallidiſſimus, demortuae per omnia ſimilis, b) Extrema corporis, frons, naſus, auriculae, manus pedeſque frigida tactu c) vultus moribundus, oculi turbidi, torui, et loquela debiliſſima vix per-
p. 14. cipienda d) pulſus fere nullus, nec niſi in maioribus arteriis tangibilis, reſpiratio breuis exigua cum motu thoracis vix ſenſibili e) aegra hucuſque nihil appetierat ac ſumſerat. In dubio hoc puerperae ſtatu ſuaſit Noſter cataplaſmatum et acidi vitriolici vſum ad praecauendum haemorrhagiae reditum, et vt febris imminentis vehementia imminueretur, atque exſpectare iuſſit, quid natura ipſa moliretur. His remediis rite adhibitis virium reſtauratio ſubſequuta eſt, et Noſter cum ſuis diſcipulis die 8 Iun. ipſam aegram adiit, et hanc conditionem eiuſdem eſſe vidit. 1) Vultus, oculorum color, animi ſtatus, virium vitalium conditio eum bene ſperare iuſſerunt. 2) Licet facies et vniuerſa cutis pallido et quaſi oedematoſo colore praedita eſſet, tamen inſigne virium reſtauratarum augmentum praelucebat, viſus magis ſerenus, vox placida, diſtincta, ſonora et audibilis, facultas ſeſe mouendi, et perfecta rerum occurrentium et perceptarum recordatio vna cum ſpe ſanitatem recuperandi 3) Pulſus quidem, in conſuetis vbi tangitur locis, debilis admodum; in aliis vero et inprimis in regione cordis exploratus bona ſpondebat auguria, fortior ſcilicet factus erat 4) Reſpiratio antea vix percipienda, iam euidentior, citatiore motu thorax mouebatur. Attamen vitae ſuſtentandae reſpiratio conueniens erat, neque ſuſpecta aut vllo modo metum incutiens. 6) Caloris animalis reſtauratio praecipue placuit noſtro, qui in vniuerſo corpore

pore aequalis fuit. 6) Excretiones lotii et ſcybalo- p. 16.
rum inſcia quidem fiebant aegra, ſed ob alia bona omina, nihil ſiniſtri ex iis metuendum erat. 7) Ingratus odor in conclaui et aegrae vicinia putridus fere gangraenoſus fuit, ab eo diuerſus, quem lochia munditie neglecta ſpargunt 8). Cutis plerumque ſicca fuit, rarius in fronte et genis ſudor prorupit frigidus, et ille frequentiſſime ſequebatur tempora, ſi leues horrores puerperam concuſſerant. 9). Vltimo loco examen abdominis, genitalium et peluis ſuſcepit, atque haec obſeruauit a) abdomen mirum in modum extenuatum et collapſum, in hypogaſtriis praecipue vacuitatem tactu deprehendit, quam mollia reliqua infimi ventris viſcera vix implere poſſe viſa ſunt. b) In genitalibus canalem vaginae copioſa materia mollis alicuius conſiſtentiae, ex muco, pure, aliquo ſanguine conſtante, repletum deprehendit, qua remota et exemta, digito altius penetrante, notatu dignum hiatum verſus abdomen patentem detegit: amplo, molli et ſatis voluminoſo corpore, quod veſica vrinaria lotio plena fuit, fere claudebatur iſte hiatus, liberior aditus fuit cum lotium cathedere remouiſſet: in poſteriore parte rectum inteſtinum ſcybalis aliquantiſper refertum tangere potuit: et in hiatu ipſo molliuſculum lubricum corpus ſenſit, quod pro aliquo inteſtinorum gyro haberi potuit. Qua quidem in re omni circumſpectione adhibita, ne contrectatione haemorrhagia prouocaretur, tandem c) periculum fecit, cum eo, quid reſpiratio in remouendis et deprimendis inteſtinis verſus hunc hiatum valeret. Vidit autem corpus ex hiatu recedere, ſi diu aegra in ſtatu exſpirationis maneret, et ſub noua inſpiratione illud ſenſim prolabi. d.) Euidenter obſeruauit, canalem vaginae verſus iſtum hiatum anguſtiorem fieri et infundibuli inſtar contrahi, magnitudine hiatus polli-

cis diametrum adhuc habere viſus eſt. e) Liquida ex vagina fluentia ingratum ac putridum ſpargebant odorem. f) Mammae flaccidae fere ſiccae. Omnia autem meliora fieri, naturae ſtudium in claudendo hiatu declarauit. Igitur curauit noſter, vt ſumma corporis animique obtineatur quies, ne inteſtinorum prolapſus fieret, qui ſpongia madefacta in vaginam immiſſa, optime praecauebatur, vt impuritates liquidorum ex vaſis vulneratis prouenientium iniectionibus eliminarentur, vt febri antiphlogiſticis et antigangraenoſis, ope inprimis acidorum occurreretur. His adhibitis d. 16 Iunii extra lectum verſari potuit et verſus 27. vſus decocti corticis cum
p. 18. acidis finitus et ſeri lactis ſubiunctus eſt vſus. D. 4. Iulii omnis ceſſauit febris, genitalia mucum tantum ſtillarunt albicantem, nullius fere ingrati odoris, mammae perfecte exaruerunt, oſtium hiatus anguſtius factum, ſed nondum clauſum, mollis et lubrica iſta pars non amplius diſtingui poterat, excretiones aluinae et lotii ſine moleſtia factae ſunt, niſi quod interdum conqueſta ſit, ſibi aliquid delabi in vaginam, ſi ad eliminanda ſcybala duriora validioribus niſibus vteretur. Sub initium Septembris perfecta ſanatio, hiatus ipſe arctior et conſolidationi proprior. Die 12 Decembris obſeruauit nullum menſtruorum veſtigium, conqueſta eſt de dolore lancinante in infimo ventre, diſtinctius quatuor aperturae notatae ſunt marginibus duriuſculis cinctae 1) in vicinia cyſtidis vrinariae 2) paulo remotior, 3) in altiore regione, 4) poſteriora verſus. Caeteroquin omnia
p. 19. verſus abdomen mollia deprehenſa. De praeſenti autem eiuſdem ſtatu haec retulit. 1) Satis bene ſe habet, color autem faciei naturalis nondum rediit, ſed chloroticus eſt. 2) Lotii emiſſio et alui excretio naturalis, niſi quod vehementioribus nixibus vagina corporibus ex abdomine deſcendentibus repleatur.

3) Simi-

3) Simile quid sentit in onere portando, et corpore ponderoso eleuando. 4) Sub horizontali in lecto decubitu vacuitatem quandam in ventre infimo percipit, quasi aliquid ibi desit. 5) Nulla sentit menstruae purgationis vestigia, nisi interdum aliquid sanguinis cum vehementioribus excernatur nixibus, saepius autem muci lactei promanatio fit. 6) Non tantum voluptatis sensum in coitu percipit, quam antea. 7) Exploratione hiatus eundem arctius in foramen rotundum contrahi et diametrum 5 linearum offerre. Apicem digiti indicis transmittere potuit in exiguum quoddam cauum nucis auellanae magnitudinis. D. 1 Septb. 1786 hanc aperturam fere clausam inuenit. Iam his commemoratis

Corollaria quaedam addidit vtilissima. Scilicet prorsus singulare istud exemplum resectione ablati vteri statim a partu est, cuius simile vel non exstat, vel non tam memorabile. Duplici e periculo aegra liberata est beneficio naturae, ipsi enim vel ex haemorahagia, vel lentius ex gangraena, corruptione aut sphacelo moriendum fuisset. Consolidationis porro ratio partim in contractione marginum vteri, partim in noua efformata tela cellulari quaerenda est, quae successiue ampliora hiatus spatia occludit, et tanto solidius stipat et reuincit, quo plura illius fila et prata parantur. Singulare demum phaenomenon est illa indifferentia ratione commercii coniugalis, tanquam effectus ablationis vteri, et fortasse remedium aduersus erotomaniam optimum exstirpatio vteri est. Vltimo loco quaerit; vtrum eius exstirpatio non tentanda sit, in scirrhis, carcinomatibus, cancro aperto? p. 21.

Conditionem vteri resecti et in spiritu vini asseruati accuratius describit, et quidem duplici modo, primum cum ipsi exhibitus fuit, et dein cum iam per sex annos in spiritu vini fuerat asseruatus. p. 22.

S. II. *Sectione* II. *De fundamentis et cauſis lethalitatis*
p. 25. eleganter diſſerit, igitur prima claſſis complectitur cauſas *ex haemorrhagia incoercibili*, huc pertinent vulnera et laeſiones cauum quoddam ſanguini comprehendendo aut tranſmittendo deſtinatum aperientes, vaſa maiora ſanguifera interna, in externa corporis peripheria vaſa ſanguifera maiora laeſa, rupta, ſciſſa, in collo, carotidibus, axillis, brachio, in arteria
p. 27. crurali etc. Secunda claſſis, cauſas *propter humorum corruptionem*, huc ſpectant omnes ſanguinis in caua corporis effuſiones ope tenellorum inſtrumentorum, vel paruo foramine maiora vaſa pertundentium, vel minores ramos abſcindentium; laeſiones canalium biliſorum et ductus pancreatici, aperturae peluium renalium, vreterum et veſicae vrinariae in tali regione, vbi lotium commode nequeat educi, omnia vulnera tractui canali a cardia vſque ad rectum inflicta, grauiores laeſiones maioribus plexuum lymphaticorum et lacteorum truncis, chyli ciſternae
p. 28. proximis inflictae etc. Tertia, *vulnerum lethalium ex gangraena productа.* Haec complectitur fuſtigationes, calcitrationes, laeſiones puluere pyrio aut igne illatas, effectus venenorum corroſiuorum etc.
p. 30. Quarta claſſis, *ſi in ſanguinis maſſa et humoribus lethalis reſolutio excitatur*, a morſu animantium venenatorum, a telorum et inſtrumentorum ſuccis variis vegetabilium intoxicatorum, laeſione ab effectibus quorundam praeparatorum mercurialium et
p. 29. mercurii viui ipſius. Quinta claſſis continet *laeſiones functionum vitalium*, et *quidem laeſiones ſyſtematis neruoſi, funeſtas ſequelas ex laeſione inſtrumentorum reſpirationis, et mutationes irritabilitate inimicas.* In hac quoque ſectione et ſtudium, accurationem et ſubtilitatem auctoris Cl. in explicandis et determinandis variis quaeſtionibus medicinae forenſis perſpeximus, atque eum propterea laudandum eſſe arbitramur.

Noua

Noua phyſico-medica.

Deſcriptio nominum Societatis regiae medicae Pariſinae.

Ex edicto regio Verſaliis menſe Auguſto 1778 promulgato haec ſocietas primordia ſua cepit ac inaugurata eſt.

REX CHRISTIANISSIMVS Protector.

Praeſunt huic Societati.

Cl. de LASSONE, Conſiliarius in rebus imperii gerendis publicis, archiater regius, ſupremus inſpector aquarum mineralium, Inſpector generalis morborum epidemicorum regni totius, ſocius natus et praeſes omnium Comitum ſocietatis, etc. in aula.

Decanus qui iam curat quae ad ordinem medicorum Pariſinorum pertinent.

Decanus ſenior ord. med. Par.

Socii ordinarii ſecundum ordinem, quo ſunt recepti, quorumque numerus ex edicto promulgato tantum triginta complectitur.

POISSONIER, Conſ. in reb. imp. ger. publ. Doctor regens ord. med. Par. Acad. reg. ſc. ſoc. et inſpector noſocomiorum copiar. maritimar. 1776.

GEOFFROY, Doctor regens ord. med. Par.

POISSONNIER DESPERRIERES, Doct. med., et medicus quem rex ſolet conſulere.

DE IVSSIEV, (Ant. Laur.) Doctor reg. fac. med. Par. Prof. Botanices, Acad. reg. ſcient. ſoc. et ſocietatis theſaurarius.

CAILLE, Doct. reg. ord. med. Pariſ.

DE LALOVETTE, Doct. reg. ord. med. Par.

JEANROI, Doct. reg. ord. med. Par. et Nancej. vices Directoris ſocietatis vices ſuſtinens.

THOVRET, Doct. reg. ord. med. Pariſ. et Cadon.

MAUDUYT DE LA VARENNE, Doct. reg. ord. med. Par. vices Praeſidis ſocietatis habens.

ANDRY, Doct. reg. ord. med. Par. et medic. brephotrophiorum.

ROVSSILLE DE CHAMSERV, Doct. reg. ord. med. Par.

DE LA PORTE, Doct. reg. ord. med. Par. Inſpector collegii conſtituti aquarum mineralium cauſa Pariſ.

Abbas TESSIER, Doctor reg. ord. med. Par. et Acad. ſcient. Reg. Pariſ. ſoc.

1777. COQVEREAV, Doct. reg. ord. med. Par. med. peditatus Francogall.

1778. COLOMBIER conſil. in rebus publicis imperii regundis, Doct. reg. fac. med. Par. perpetuo Societati a commiſſis, vt litterarum commercium propter noſocomia ciuilia et charitatis ſuſtineat, et ideo Inſpector regius eorundem eſt, vti et orphanotropheorum.

MACQVART, Doct. reg. ord. med. Pariſ.

HALLE, Doct. reg. ord. med. Par.

1779. CARRERE, Prof. emeritus ord. med. Perpinian., Cenſor regius.

VARNIER, Doctor med.

DE HORNE, Doct. med. primarius quem conſulere ſolet Illuſtr. Comitiſſa Arteſiae, ſenior archiater Ducis Ser. Aurelian.

MICHEL, Doct med. archiater regius.

DE FOVRCROY, Doct. reg ord. med. Par. Profeſſ. Chemiae in regio horto.

LA GVERENE, Doct. reg. ord. med. Par. Inſpector collegii, cui cura aquarum mineralium Pariſiis commiſſa eſt.

CHAMBON DE MONTEAUX, Doct. reg. ord. med. Pariſ.

BARTHES, Cancellarius vniuerſitatis medicae Montiſpeſſulanae, primarius archiater ſenior Ducis Aurelianenſis.

DE

DE BRIEVDE, Medicus Ducissae Burbonienſis, 1785.
ſenior archiater Ducis Aurelianenſis.

SAILLANT, Doct. reg. ord. med. Pariſ. Medicus illorum aegrorum, qui in noſocomio ad officinas nitroſas ſunt.

DOVBLET, Doct. reg. ord. med. Pariſ. 1786.

CROCHET, Doct. reg. med. Par.
Secretarius perpetuus.

VICQ D'AZYR, Doct. regens ord. med. Par. Medicus quem conſulere ſolet Comes Ill. Arteſiae, Acad. reg. ſcient. ſoc.

Socii liberi ex ordine quo recepti ſunt, quique ex edicto promulgato duodecim ſunt

POVLLETIER DE LA SALLE, Libellorum ſupplicum magiſter, Praeſes ſocietatis. 1777.

DAVBENTON, ſenior, Doctor med. Praeſes et Demonſtrator muſei regii corporum naturalium, ſoc. acad. reg. ſc. et Prof. regius horti regii conſtitutus.

DE LASSONE, Iun. archiater Reginae, Medicus xenodochii Verſal. in aula.

Comes DE LA BILLARDRIE D'ANGIVILLER 1778.
Director et ordinis cuſtos penes palatia regia, Inſpector adiunctus horti regii plantarum.

AMELOT, publicas res miniſtrans.

DUX DE RVPE FVCAVLDI.

LE NOIR, Conſiliarius ordinarius rerum imperii gerendarum aeque ac conſiliarius quoad aerarium publicum, et Bibliothecarius regius.

NECKER. 1779.

DE LA VOISIER, acad. reg. ſc. ſocius. 1782.

TILLET, Acad. reg. ſc. ſocius.

Lib. Baro de BRETEVIL, res publicas miniſtrans imperii, et ſecretarius rerum expediendarum domus regiae. 1786.

Socii

Socii indigenae ex ordine receptionis, quorum numerus ſexaginta eſt ex edicto regio.

LAMURE, Decanus et Prof. in vniu. Montiſpeſſ.

VITET, Profeſſor ſenior Chymiae et Pharmaciae Lugdunenſis.

RAZOUX, Doct. med. familiaris per litteras Acad. Reg. ſc. Par. Nemauſii.

LE PECQ DE LA CLOTURE, Adiunctus facult. med. Cadon. et Rothomag.

AMOREUX, Iun. Doct. med. Bibliothecarius ſocietat. reg. ſc. Montiſpeſſuli.

BONAFIS, Decanus ordinis medic. Perpiniani.

LE PERE COTTE, familiaris per litteras acad. reg. ſc. Pariſ.

RICHARD DU PLESSIS, Doct. med. rector ſenior vniuerſitatis Nannet.

DU BERNARD, Decanus et Prof. med. Toloſae.

GASTELLIER, Doct. med. in Monte Argi.

GONTARD, medicus ſtipendiatus ciuitatis Villae Francae in Belloiocenſi agro.

CHIBOURG, Adiunctus facult. med. Cadon.

LE CANUT, Prof. med. Cadonenſ.

AUBRY, Inſpector aquarum mineralium Luxevill.

DOAZAN, Doct. med. Burdegalae.

BETBEDER, Prof. med. Burdeg.

ROUGNON, Prof. med. Veſont.

GUILBERT, Doct. reg ord. med. Par. medic. ſen. milit. et caſtrenſ. reg. Meſnil Montheryn.

BRUNYER, medicus, quem Regis Frater conſulere ſolet, et med. noſod. Verſal.

LA SERVOLLE, ſen. Doct. med. Beaupuy prope Montigniacum.

LA SERVOLLE, iun. medicus, quem conſulere ſolet Comes Arteſiae. Verſal.

DE

DE VICQ, Sen. Doct. med. in vniuersit. Monspel. Valoniae.

BONTE, Doct. med. Monspess. Constantiae.

DE BRIEUDE, Doct. med. Auriliaci.

DE VERCHERES, Iun. Inspect. aquar. min. Burbonii Anselmi.

EHRMANN, Decan. perpetuus ordinis med. Argentorati.

BOUCHER, Decanus collegii med. Lilleii.

BERNARD, Decan. ordin. med. Duaci.

BAUX, Decan. coll. med. Nemausii.

MENURET, Doct. med. Paris.

RAYMOND, Doct. med. soc. acad. sc. Massil. Massiliae.

BARBERER, medic. primar. copiarum maritim. Tolenii.

NICOLAU, Doct. med. Marennae Santon.

PERET, Doct. reg. ord. med. Par. et Canon. Cameraci.

DUPUY, Doct. reg. ord. med. Par. med. primar. copiar. maritim. In Rupe Forti.

VACHER, Doct. reg. ord. med. Par. med. princeps exercituum reg. Baotii in Corf.

DE LAISSE, medic. nosocomiorum milit. Atrebat.

FRANCE, Prof. med. Vesontii.

CHARLES, med. morborum epidem. causa constit. Comitatus Burgundens. Vesontii

DURANDE, Inspector nosocom. Burgund. Dicioni.

BOURDOIS DE LAMOTTE, med. morb. epid. causa constitutus. Iouiniaci.

READ, med. prim. nosoc. milit. Diuoduni.

IOYEUSE, iun. med. prim. copiar. marit. Massil.

IOANNIS, Decan. ord. med. Aqu. Sext.

DARLUC, Prof. med. Aqu. Sext.

DUPI-

DUPICHARD, med. morb. epid. cauſa conſtitutus. Caeſaróduni.

DESVILLERS, Praeſes Senior collegii med. Nanceiani.

LALLEMAND, Praeſes *res* agens collegii med. Nanceiani.

JADELOT, Prof. med. Nancei.

WILLEMET, Demonſtrator botanices et chymiae Nancei.

THOUVENEL, Inſpect. aquar. mineral. Contrexeuill. in Lotharingia.

BARAILON, Doct. med. Chambon. Combraill.

WARNIER, Doct. reg. ord. med Pariſ. Cadoni.

HEQUET, Dec. coll. med. in Abbatis Villa.

MAHON, medicus noſocomii generalis Carnuti.

Socii extranei ex ordine receptionis quorum numerus ex edicto promulgato ſexaginta non excedere debet.

FRANKLIN, ſoc. acad. reg. ſc. ſociet. reg. Londin., Praeſes ſocietatis Philadelphienſis in America ſeptentrionali.

PRINGLE, Baroneta, med. reginae, Praeſes ſocietatis regiae, Londini.

CLIFFTON WINTRINGHAM. Baroneta, medic. regis Magnae Britanniae, Londini.

CULLEN, Prof. med. Edimburg.

BOECK, primar. med. reg. Sueciae. Holmiae.

BACKER, Doct. med. ſoc. reg. Sodal. Londin.

HEBERDEN, Doct. med ſoc. reg. coll. reg. Londin.

TOURTON, medic. familiae reginae, ſoc. reg. Londin. ſodal.

LIND, Soc. colleg. reg. Edimburg. med. noſocomii, Haſlar. prope Portum Magnum.

SERRAO, primar. med. reg. etc. Neapoli.

VIUENCIO, medicus camerae regis, Director et inſpector generalis noſocomiorum etc. Neapoli.

QUIN, Prof. med. Dublinenſis.

COTTUNI, Prof. med. Neapolitan.

CLEGHORN, Prof. anat. Dublinenſis.

CAMPER, Prof. honor. Anatomiae et Chirurgiae Amſtelodamenſis.

SALICETTI, Primarius Med. Pontificis Maximi. Romae.

RONNOW, primarius ac ſenior med. Regis Polon. Holmiae. ✠

GLASS, Doctor med. Iſacari Danmoniorum.

STOERK, archiater Imperatoris, Vindobon.

DOM MVCIOZONA, archiater reg. Madriti.

BONELL, Doct. med. Madriti.

AMAR, Vicarius Praeſidis acad. med. Madriti.

GOMEZ, ſecretarius ordinarius acad. med. Madrit.

DOM CASIMIR ARTEGA, ſecretarius acad. med. ob litterarum commercium. Madrit.

PERCIVAL, Doct. med. Mancunii.

DE SILLING, Conſ. in rebus imperii publice gerendis, Medicus Imperatricis. Petropoli.

DE KROUSE, Conſ. in rebus imperii publicis, medic. Imperatricis. Petropoli.

TISSOT, Doct. med. Lauſonii.

STRACK, Doct. med. Moguntiaci.

CALDANI, Prof. anatomiae. Patauii.

ALLIONI, Doct. med. Turini.

DUMONE, primarius medicus Principis Caroli, Bruxellis.

BURTIN, med. Principis Caroli, Bruxellis.

MOLINELLI, Doct. et Prof. med. ſocius inſtit. Bononienſ.

BONZI, Doct. et Prof. med. inſtit. Bonon. ſoc.

AZZOGUIDI, Doct. et Prof. med. inſtituti Bonon. ſodal.

FRATTORINI, Doct. et Prof. med. inſtituti Bonon. ſodal.

SIMMONS, ſoc. Colleg. med. Londinenſis.

TODE, Secretar. ſoc. med. Havnienſis.

LIMBOURG, ſen. medicus aquarum mineralium Spadanarum gratia conſtitutus.

TRIBOLET DE LA LANCE, medicus noſocomiorum, ſecretarius perpet. Soc. oecon. Bernenſ.

HERRENSCHWAND, Doct. med. Murati in Helvetia.

HIRIARD, Doct. med. ad St. Sebaſtian in Cantabria.

DUNCAN, Colleg. reg. med. ſoc. Edimbg.

COTHENIUS, archiater regis Boruſs. Berolini.

PRIESTLEY, ſoc. ſc. reg. Lond. ſoc. Londini.

ZIMMERMANN, Archiater regis Magnae Britanniae in electoratu Hannouerano. Hannouerae.

D'ALBERG, medic. regis, Holmiae.

MURRAY, Eques Ordin. de Waſa, Prof. med. Gotting.

GRUNER, Prof. med. Ienae.

Fac. med. Pariſ. reliquarumque ſocietatum nomina proxime.

Societas regia rei agrariae Pariſina in conſeſſu publico d. 19 Iun. 1787. praemium diſtribuit 1000 librarum et monetam auream 100 libr. quaeſtionis ſolutioni de 30 Mart. 1786. *de artificialibus pratis, quae cum maximo fructu in praefectura Pariſina, coli poſſint, et quae ſit eorum cultura melior?* Eoque ornatus eſt Cl. GILBERTVS, Prof. ſcholae veterin. regiae. Inter reliqua autem ſcripta ad ſocietatem tranſmiſſa, ſequentes quoque laudatae ſunt commentationes v. c. n. 13. cum epigraphe: *Qui cultus habendus ſit pecori,* n. 11. *Nunc veneranda pales magno nunc ore ſonandum;*

nandum n. 29. *Fortunatus et ille Deos qui nouit agreſtes* n. 14. *Beatus ille, qui procul a negotiis vt priſca* etc. et n. 15. *Seruit agri pecus et pecori dat molle vicissim gramen ager.* Optat ſocietas quam maxime, vt ipſi innoteſcant auctores, quo eorum ſcripta edi queant. Deinde decreuit ſocietas illis agricolis praemia diſtribuere, qui nouas methodos procedendi, aut ſaltem minus cognitas hoc anno communicarunt cum ſocietate, aut ipſi ſuas miſerunt commentationes. Sex inprimis praemia reportarunt, quorum vnus quiſque moneta aurea ornatus eſt, videlicet A. COLLEAU, publicanus Epinenſis ob multas commentationes, quae concernunt emendationem diuerſorum procedendi modorum in colendis agris, CRETTÉ DE PALLUEL, commorans in Dugny, ob commentationem de via ac ratione vaccarum curam ita gerendi, vt commoda ex iis proueniant maxima. LEDUC, molinarius Creitellenſis, ob lotionem et deſiccationem granorum in hypocauſto calefacto, qui ſimul magnam copiam frumenti a cariei arroſione liberauit. BIDAULT, Verbi diu. miniſter Bazochenſis, ſuggeſſit, quomodo in oeconomia rurali plurimi labores vtiliter ſuſcipiendi ſint. PIERRE DESOUCHE, habitans in Villetaneuſe, qui magnam agrorum partem prouentui ſolani tuberoſi dicauit, vt lactantes vaccas iis nutriret in regionibus Pariſiis circumiacentibus. Tandem HEVRTAULT, publicanus Pereuſenſis, qui frumentum per plures annos integrum ſeruauit et illaeſum feliciter ac ſolerter; cum autem hicce homo interim mortuus erat, praemium ipſius viduae fuit exhibitum.

Quaeſtio autem propoſita, qua deſiderabatur, *vt indicentur arbores, arbuſta, frutices et plantae, quae ſine omni cultura in praefectura Pariſina proueniant, ex quibus fila poſſint duci ad telas conficiendas, aut reſtes*; ſeptem commentationibus fuit ventila-

ta, ex quibus 6. cum epigraphe: *patriae ſum idoneus, vtilis agris*, propterea aurea moneta decorata eſt, quia auctor ſingulare prorſus ſtudium et harum rerum notitiam in illa prodidit, ſed praemium non potuit ipſi aſſignari, quia non reſpondit deſideriis ſocietatis. Aliam igitur quaeſtionem propoſuit cum nouo praemio, quae ſic eſt concepta: *Determinandae ſunt ex experimentis ſaepius repetitis et inter ſe comparatis, optimae methodi, quae eligendae ſunt, ſi partes fibroſas obtinere velimus vegetabilium, earumdemque qualitates rite cognoſcere.* Summa huius quaeſtionis eo autem redit: vt proponatur quali via ingrediendum ſit in diuerſis plantis paulo maioribus colendis, vt ex iis partes fibroſae ita praeparentur, quo in fila duci queant, atque eo modo vti cannabis et linum adhibeantur. Praemium eſt 600 librarum, adiecta ſimul moneta aurea. Commentationes ante Cal. Mart. 1790 ſunt ſocietati mittendae. Extraordinarium autem praemium ſolutioni huius quaeſtionis eſt dicatum: *Ex quibuſnam materiis poſſunt in diuerſis Prouinciis Galliae aliiſque, maxime in regionibus montanis veſtimenta confici, quibus paſtores et peregrinantes ſeſe aduerſus abundantes et diuturnas pluuias tueri queant.* Non tantum praeparatio materiarum, et quomodo parandi ſint panni, quo veneant pretio, deſcribenda, ſed etiam commentationibus exempla ſunt addenda horum praeparatorum, vt eo melius ſocietas de iis iudicare poſſit. Praemium eſt 600 librarum, et ante cal. Mart. 1789 commentationes ſocietati ſunt exhibendae. Porro praemium 300 libr. huic expoſitum eſt: *Quaenam ſunt illae plantae, quae poſſunt maximo cum fructu coli in agris, quos nouales eſſe nolumus, et qua ratione ad hunc vſum ſunt adaptandi?* Omnes terras qualiſcunque demum ſint conditionis haec concernit quaeſtio, ſed ſufficiet, ſi tantummodo vnius terrae natura exacte

acte deſcribatur, et experientiis multorum annorum confirmetur. Eodem modo 600 librae meliori commentationi expoſitae ſunt ſolutioni huius quaeſtionis: *Quomodo perficiendae methodi diuerſae artificioſe excludendarum et educandarum gallinarum cauſa inuentae, et quaenam ſunt optima praeſidia, quibus tale inſtitutum ita perficiatur, vt maior copia prouentus ſit.* 300 librae huius quaeſtionis ſolutioni ſunt dicatae: *Quibuſnam remediis aptiſſimis poteſt deſtrui cuſcuta, quae agros plerumque medicagine obſitos infeſtat.* Ante cal. Mart. 1788 commentationes harum quaeſtionum ſocietati ſunt exhibendae et praemia in conſeſſu publico diſtribuentur. Praemia 600 libr. a. 1790 ad has quaeſtiones pertinent: *Quibus praeſidiis certiſſimis poſſunt obtineri varietates vegetabilium in oeconomia rurali et domeſtica; et quid agendum, vt diuerſae illae varietates regionis climati aſſueſcant.* Deſiderat ſocietas non tantum praeſidiorum narrationem, ſed etiam hiſtoriam methodorum, quae hucuſque in vſu fuerunt. Aliud praemium 600 libr. huic quaeſtioni dicatum eſt: *Quaenam ſunt illae plantae ſponte aut facili cultura prouenientes in imperio Francogallico, quae materiam ſuppeditant, ex qua coeruleus color poſſit confici, et quibus remediis accurate quantitas huius ſubſtantiae quoad diuerſas plantas illam continentes determinanda eſt?* Cupit ſocietas tantum, vt indicentur plantae ſecundum ſyſtema Linnaei, et vt exempla ope experimentorum producta ſimul adiiciantur. Commentationes vſque ad calendas Martii 1790. ſocietas aſſumere decreuit. Ac pro anno 1788 praemium aureae cuiuſdam monetae in conſeſſu publico propoſuit, *ſi quis vel nouum vel emendatum inſtrumentum,* oeconomiae rurali aut priuatae vtile ſit oblaturus. Sic quoque eiuſmodi praemium offert auctori libri, qui inſtruit agricolas in morum doctrina cognoſcenda et oeconomia rurali

ac domeſtica. Liber ita debet eſſe comparatus, vt populariter, dilucide ac vere, id eſt, ex optimis principiis ruricolas ſuccincte ac breuiter inſtruat, omnique aetati ac ſexui ſit accommodatus, neque ſpiret nouas ſententias ac vanas hypotheſes. Huic plura praemia adiicientur ex monetis aureis agricolis exhibenda, qui anno currente nouis modis procedendi, aut non ſatis cognitis, propoſitis praeprimis ſuum ſtudium ſocietati dicarunt. Conditiones ſeruandae ab iis, qui ob praemia certant, conueniunt cum reliquis penes eiuſmodi ſocietates ſolennes. Omnes autem commentationes ad Cl. BROUSSONET, qui eſt ſocietati a ſecretis, ſolutis vectigalibus ſunt tranſmittendae.

VV. Cll. WARREN et ROB. HALLIFAX, medici Londinenſes, archiatri Principis Valliae nuper creati ſunt.

V. Cl. D. PETR. REM. FRANC. DE PAULA WILLEMET Prof. Botanices Coll. med. Nanceiani conſtitutus eſt.

Holmiae. Cl. M. SAM. DURAEUS, Prof. Phyſices Vpſalienſis, profeſſione ſua abdicauit ſponte.

Cl. BALDINGER, nuper Petropolim vocatus, recuſauit hanc vocationem et a Seren. Landgrauio, conſiliarii intimi honoribus ornatus Marburgi ſuis muneribus defungi conſtituit.

Societas regia rei agrariae Pariſina Cll. FRANZIUM, LVDWIGIVM, et HEBENSTREITIUM, Profeſſores medicinae Lipſienſes, familiares litterarum commerciis legit.

In vniuerſitate litterarum Ienenſi Cl. AVG. IOH. GE. CAR. BATSCH M. D. extraordinaria medicinae Profeſſione ornatus eſt.

V. Cl. IOH. IVST. ARNEMANN d. XV. Septb. Pr. med. Gottingae factus eſt.

Seren. Landgrauius Haſſiae litterarum vniuerſitati Marburgenſi egregium ac probe inſtructum apparatum inſtrumentorum chirurgicorum nouorum

dono

dono dedit, ac 20000 imperiales theatro nouo anatomico et chymico elaboratorio aedificando clementiſſime elocauit, cuius iam fundamenta iacta ſunt. Hortus botanicus etiam, qui nuper ſua cepit primordia, optime iam inſtructus eſſe cernitur, et inſtitutum clinicum, cui ſumma cum laude Cl. MICHAELIS praeeſt multis aegris, chirurgicae ac medicae artis praeſidia poſtulantibus, eſt refertum, atque fama fert, protinus noſocomium ibidem aedificatum iri.

Mortui ſunt.

Die V. Maii huius, quo viuimus, anni, Holmiae Cl. CASTEN RÖNNOW, Conſil. rerum gerendarum imperii publicarum, Protomed. Regis Staniſlai, Eques ordinis Amaranthini, ſoc. acad. reg. ſc. et ſocietatis Holmienſ. pro patria, anno aetatis 87. Inclaruit praeprimis ob lentem cryſtallinam, quam depoſuit adeo induratam, vt ſonaret fricta et praeterea ad iridem adhaereret, feliciter curatam, ſcripſit propterea: *om en ben och ſtenartig ſtarr with hela omkretſen af vuea faſtwuchſen ſom lykeligen blifwit med. nå len nertrykt.* Holm. 1768. contra hunc libellum ſcriptum prodiit, cui titulus: *Doutes que la cataracte dont M.* RÖNNOW *fait mention ait été oſſeuſe et pierreuſe*, Holm. 1768.

D. II. Septembr. Vindobonae Cl. PARISANI, medic. primar. communis noſocomii.

M. Octobr. Homburgi ad Altum, Cl. MVLLER Conſiliar. arch. et phyſicus prouincialis, cuius filius Prof. med. Giſſenſis eſt.

D. XIX. Octbr. Hanouiae Cl. IOH. KAEMPF conſiliar. ſupr. et archiater anno aet. 60. Scr. 1) *practiſchen Vnterricht wie der tollen Hundswuth vorzubeugen, Francf.* 1766. 8. 2) *kurze Abhandlung von den Temperamenten, Schafhauſ.*, 1760. 3) *von einer neuen Methode, die hartn. Krankheiten, die ihren Sitz im Vnterleibe*

terleibe haben, beſonders Hypochondrie ſicher und gründlich zuheilen, ſaepius recuſ. 4) quaedam *de viribus medicis eſſentiae Galbani et eſſentiae aconiti in diſcutiendis glandulis colli efficacis,* in Act. philoſ. med. Acad. Sc. Haſſ. 1771.

XIX.

Continuatio indicis librorum phyſico-medicorum qui anno 1783 prodierunt

Methode ſûre pour apprendre à nager en peu de Iour. Par NICOLAS ROGER. In-16. Paris.

Travels to the Coaſt of Arabia Felix; and from thence by the Red Sea and Egypt to Europe; containying a short account of an expedition undertacken againſt the Cape of Good Hope. In a ſeries of lettres by HENRI ROOCKE. 8.

IOH. ROSKOSCHNICK, *Nachricht von dem in Siebenbürgen gekommenen Zuge Heuſchrecken, Presburg,* 8.

ROTHS *Beyträge zur Botanick* 2 *Th. Bremen* 8.

Recherches ſur la petite verole etc. par de ROUSSEL. Par. 8.

Obſeruations ſur la Phyſique, l'hiſtoire naturelle et les Arts par M. M. ROZIER et MONGEZ Tom. XX. Paris

Cours complet d'agriculture, theorique, pratique, économique, et de medecine rurale et veterinaire, ſuivi d'une methode pour etudier l'agriculture par principes, ou Dictionaire univerſelle d'agriculture par une ſociete d'agriculteurs redige par M. ROZIER Tome III in 4 avec des planches en taille douce, A Paris.

Die akademiſche Laufbahn für Oekonomen und Kameraliſten vorgezeichnet von I. C. C. RÜDIGER, *Halle.* 8.

Die

Die neuſte Methode die Blattern einzuimpfen. Eine auf der Uniuerſitaet zu Philadelphia gehaltene Vorleſung von BENIAMIN RVSH. *Aus dem Engliſchen. Anſpach, in* 8. 31. *pag.* — *i. e. de nouiſſima methodo variolas inſerendi.* Aetatem paene omnem inſitioni aptam eſſe, neque morbos alios inoculationem prohibere. Inſitionem acus ope aliis inſerendi modis praeferendam, corporaque ad inſitionem diaetae vegetabilis et purgantium ope praeparanda, mercurio autem ad praeparationem ſpecificam vim haud eſſe. De febre eruptionem exanthematum varioloſorum praecedente recte tractanda.

Analyſis of the ſection of the ſymphyſis of the Oſſa Pubis, as recommended in Caſes of difficult Labour, and deformed Peluis by Dr. ALPHONSE LE ROY, by Iames *Rymer* ſurgeon, London, 8.

I. B. M. Nob. DE SAGAR ſyſtema morborum. Editio altera ab auct. correcta et aucta. P. 1. et 2. Viennae, 8.

IOH. CHRIST. SALMVTH, diſ. inaug. de diagnoſi puris. Götting.

Mémoire ſur la peſte qui en 1771. envagea l'empire de Ruſſie, ſur tout Moſcou la capitale et où ſont indiques les remedes pour la guerir et les moyens de ſ'en préſerver par M. de SAMOILOWITZ, Par. et Petrop. 8.

SANDIFORT Exercitat. acad. cum VII. Tabb. Lugd. Bat. 4.

WILL. SAUNDERS, *Beobachtungen über die vorzüglichen Wirkungen der rothen Peruvianiſchen Rinde, nebſt einem an Herrn Bergrath* BVCHHOLZ *mitgetheilten Zuſatz die Mahagonyrinde betr. aus dem Engl. von* D. LVDWIG *überſetzt, Lipſ.* 8.

Eiuſd. liber verſus a I. C. CREVELT, Colon. 8.

Eſſais ſur l'Hygrometrie, par H. B. DE SAVSSVRE. Neufchatel, 4.

MATTH. SAXTORPHS, *Umriſs der Geburſthülfe für Wehemütter, mit vielen Vermehrungen des Verf. aus dem Däniſchen überſ. von E. F.* SCHRÖDERN *Havn.* 8.

ANTONII SCARPA — Oratio de promouendis anatomicarum adminiſtrationum rationibus — Pauia 4.

A. SCHAARSCHMIDT, *myologiſche Tabellen, Berl.* 8. 4. *Ed.*

I. I. SCHAERTLICH diſſ. inaug. de vſu opii in febribus intermittentibus. Gottingae. 4.

Probierbuch aus Erfahrung aufgeſetzt von K. A. SCHEID. *Rothenburg an der Fulda.* 8.

Fränkiſche Beyträge zur Arztneygelahrheit von F. C. G. SCHEIDEMANTEL, *Deſſau.* 8.

I. C. F. SCHERFS *vollſtändiger* Hausarzt, *nach dem Engl. des Hrn. H.* SMYTHSON. *1ſter Band. Leipzig,* 8.

Archiv der medicin. Policey und der gemeinnützigen Arzneykunde herausgeg. von I. C. F. SCHERF. *Erſter Band, Leipzig.* 8.

Mediciniſche Litteratur für practiſche Aerzte, herausgegeben v. D. IOH. CHRISTIAN SCHLEGEL. *6. Th. Leipzig.*

EIVSD. Collectio opuſculorum ſel. ad med. for. ſpect. Vol. I. Lipſ. 8.

I. H. SCHLICHTHORST diſſ. inaug. de petechiis nonnulla. Gottingae. 4.

SCHMIDEL *Vorſtellungen einiger merkwürdiger Verſteinerungen 3. und 4. H. M. K. Norimb.* 4.

EIVSD. icones plantarum et analyſes partium aeri inciſae atque viuis coloribus inſignitae S. I. II. III. Norimb. Ed. 2. fol. maj.

EIVSD. diſſertationes botanici argum. reuiſae et rec. Erlang, 4.

Der

Des Churfürſtenthums Sachſen allgemeine und der Reſidenzſtadt Dresden beſondere Policeyverfaſſung. Zweyter Th. durch G. SCHMIEDER, Dresden, 8.

JOH. GOTTL. SCHNEIDERS, allgemeine Betrachtung der Schildkröten, Leipz. 8. m. K.

J. A. SCHOMBVRG diſſ. inaug. de venaeſectione in apoplecticis morbis haud indiſcriminatim inſtituenda. Gottingae. 4.

A Treatiſe on the Synochus atrabilioſa, a contagious Fever which ragad al Senegal in the year 1778 which is prefixed a Iournal of the Weather during the Praevalence of that diſeaſe etc. By T. P. SCHOTTE, M. D. 8.

FR. V. P. SCHRANKS allgemeine Einleitung die Naturgeſchichte zu ſtudieren, München, 8.

J. E. D. SCHREBERS neues ſchwediſches Magazin, zur Natur und Haushaltungskunde I. B. Nürnb. 8.

EIVSD. Säugthiere in Abbildungen nach der Natur 4. Th. 37. et 38. Heft. Erlang. 4.

J. S. SCHROEDER über den innern Bau der Land, und einiger ausländiſchen Erd- und Fluſsſchnecken, Frcf. 4. m. K.

